B-6918

GILB.

# GENEBRARDI

HEOLOGI PARISIEN-
SIS, DIVINARVM HE-
braïcarúmque literarum Pro-
feſſoris Regij

# NOTÆ CHRONICÆ,

*ſiue*

Ad Chronologiam & hiſtoriam vniuer-
ſam methodus,

*Omnibus ſtudioſis vtilis, & fortaſſe neceſſaria.*

Del Colº dela Compª de Ihs de Granada



PARISIIS,
Apud Ægidium Gorbinum, ſub ſigno Spei,
è regione collegij Cameracenſis.
1584.
*Cum Priuilegio Regis.*

R-5918

GILB.

# GENEBRARDI

HEOLOGI PARISIEN-
SIS, DIVINARVM HE-
braïcarúmque literarum Pro-
feſſoris Regij

# NOTÆ CHRONICÆ,

*ſiue*

Ad Chronologiam & hiſtoriam vniuer-
ſam methodus,

*Omnibus ſtudioſis vtilis, & fortaſſe neceſſaria.*

Del Coll.o de la Comp.a de Jhs de Granada




PARISIIS,
Apud Ægidium Gorbinum, ſub ſignio Spei,
è regione collegij Cameracenſis.
1584.
*Cum Priuilegio Regis.*

# EXTRAICT DV PRIVILEGE.

PAR *grace & priuilege du Roy, eſt permis à Gilles Gorbin, Pierre l'Huillier libraires iurez, & Martin le Ieune, libraire & Imprimeur en noſtre vniuerſité de Paris, de pouuoir imprimer ou faire imprimer & expoſer en vente, vn liure intitulé,* NOTAE CHRONICAE, ad Chronologiam & hiſtoriam vniuerſam methodus omnibus ſtudioſis vtilis vt fortaſſe neceſſaria. *Eſt defendu à tous libraires & imprimeurs, ou autres de quelque eſtat ou condition qu'ils ſoyent, de n'imprimer ou faire imprimer, vendre ne diſtribuer autres que ceux que leſdits auront imprimé ou fait imprimer, ſur les peines contenües audit priuilege & d'amende arbitraire. Et ce iuſques au temps & terme de dix ans finis & accomplis. Donné à Paris le vingt-ſeptieme iour de Ianuier l'an de grace 1584. Et de noſtre regne le dixieſme.*

Par le Roy en ſon conſeil,

Signé le Comte.

# NOBILISSIMO VIRO D. EDMVNDO LAAGEO SVPREMÆ Curiæ ac ſacri Conſiſtorij ſenatori, Fontenæo Cænobiarchę G. Genebrardus Theolog. Pariſienſis, Regius Profeſſor.

TVIS *literis, quas ad me Semuro è Burgundia dediſti, amantiſſimè monebas, vt me Lutetia peſte afflicta quãprimùm eximerem, méque iſthuc ad te quàm celeriter reciperem. Lubens equidem paruiſſem, vir nobiliſſime, vt vel duos dies, ſummotis interpellatoribus, tua dulci cõſuetudine fruerer: ſed quid me alibi propius affixerit tibi partim explicaui, antequam eò*

contenderes, partim nunc explicabo. Acceſsit enim ad ſuperiorẽ cauſam morbus Reuerend. Epiſcopi Ariminenſis D. Ioannis Baptiſtæ Caſtellij Nuntij Apoſtolici, quo familiariſsimè vtebar. Is non tulit vt tandiu támque procul abeſſem, ſiue vt tanto adeóque mei amanti viro gratificarer, ſiue quia de eius ſalutis ſignificatione ac nuntio eram quaque hora ſollicitus ac penè trepidus. Poſtquam autem illum Deus mihi totíque Frãciæ eripuit, mihi quidem, vt ad quem ornandum ac augendum ſponte quotidie ſe ipſe accenderet, toti vero Franciæ, quòd apud Regem, ad religionem ſanctiſsimè, ad neceſsitates Eccleſiaſticas vtiliſsimè, ad Politiam quietiſsimè ſuo Nuntij munere fungeretur, necdum ad tuum conſilium animum potui adiungere. Nam ad luctum demulcendum opus habui grauiore pharmaco, quod penitus ſua vi me ab huius vulneris cogitatione abſtraheret. Itaque ad meos libros ab aliquot hebdomadis intermiſſos reuerti, vetuſta muſarum mearum, ceu Sibyllarum folia requiſiui, reuolui, recenſui, indéque vt mærorem ſuauius fallerem, hoc opuſculum, quod cenſui hiſtoriarum cupidis vtile, typis dedi. Hæc fuit doloris medicina, hic vnicus permanſionis meæ fructus, & quidem ex funere & luctu expreſſus. Etſi enim illi cæleſtem patriam non inuideam, méque illuc eum aliquando familiarius conuenturum Dei Opt. Max. ope confidam, tamen tanto ornamento, præſidióque orbatus, quî non commouêri poſſem? Adfuit & alia ratio, quæ huius opuſculi editionem acceleraret, vt videlicet tuum mærorem obitu nobiliſsimi cognati tui Montaniaci conceptum, aliarum rerum, diuinæ mentis tuæ agitationibus congruentium, meditatione auerterem. Nam quamuis vel ob hoc ipſum ipſe egeam aliquo conſolatore, quòd amiſerim ſuauiſsimũ amicũ, tamen nõ hunc meum ſecundum luctum cum tuo auſim comparare, quoniam præterea tibi erat propinquus chariſsimus, indiuiduus tuarum actionum, ſtudiorum, negotiorum, peragratio-

*grationum comes, fidiſsimus Achates in cuius ſinum tua arcana tuto recondere poteras, obſequentiſsimus & honoratiſsimus domeſticus, alter denique tu. Vt igitur luctus tui obliuiſcare, huc aduerte animum, mecum percurre vniuerſum orbem terrarum, perluſtra mente inſigniores & præcipuas eius res, quas ab orbe condito* συντόμως *innuimus, recole viros, qui vnquam floruere vel rerum inuentis, vel ſcriptis, vel armis, vel aliquo alio facinore, magnos & illuſtres. Et quoniam amas hiſtorias, agnoſce hic breuiter & punctim ordinem, quem quis tenere debet, vt viam ſibi ad illas facilius percipiendas & fidelius retinendas conſequatur. Quoniam autem, vt Fabio placet, rerum aduerſarum vnicum ſolatium ſunt literæ, auctores qui aliquid literis mandarunt magna diligentia, per certa annorum ſpatia recenſuimus, vt intelligamus, per quos hoc ſolatio Fabiano affici poſsimus, eáque ſerie, qua in humanis viguerunt, ne vlla eſſet temporum rerumq; perturbatio.* *Profa-*

*Profanos quidē, qui humano ſpiritu ſua cōdiderunt variis linguis & argumentis, propter eos qui humanioribus ſcriptis & varietate linguarum capiuntur. Sacros verè, qui afflatu diuino ſua perſcripſerunt, propter alios, qui diuinioribus oblectantur, quorum etiam cauſa, pietatem religionémve ab ouo repetimus, & per ſingulas ætates ac ſæcula ad nos vſque deducimus, vt canere cum voluptate poſsint illud Pſalmographi,* Memor fui dierum antiquorum & annos æternos in mēte habui. *Quem locū, quia latiſsimè patet, amplificandum eruditis relinquimus, cōtra Rapſodos Centuriatores, ſiue concionando, ſiue ſcribēdo, ſiue docendo. Eorū omnium notas duntaxat afferimus, per quas latens argumentorū tanquam cuniculorum copia indagetur, ne in immenſum volumen excreſcat. Fructum, quē inde quiſque colliget, tibi debebit. Nam illud in lucem produximus, non vt te doceremus, qui eruditione & doctrina excellis, eóque nomine ſupremam curiam, itémque ſacrum* *Prin-*

*Principis conſiſtorium cumulatè exornas, ſed vt noſtræ erga te dilectionis & obſeruantiæ perennis nota extaret. Valè è noſtro muſæo Calendis Februarij 1584.*



# *GILB. GENEBRARDI THEOlogi Pariſienſis, Diuinarum Hebraicarumq; literarum Profeſſoris Regij, Notæ Chronicæ,*

*Omnibus Hiſtoriæ tam ſacræ quàm profanæ ſtudioſis vtiles, & fortaßis neceſſariæ.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Ab orbe cõdito ad Chriſtũ naſcentẽ anni 4089. patiẽtẽ 4121. menſ.6.d.16.<br><br>*Inductiõe ſex ætatum (in quas cõmodè vniuerſũ hoc tẽporis ſpatiũ diſtribuitur) id demõſtrari poteſt.* | | *Inſigniora primæ ætatis monumenta.*<br><br>Hac prima ætate homines lõgęui, ingenioſi, induſtrij, fœcũdi, proceri, & quaſi Gigantes. |

Eccleſia & religio per duosſolos ad ſecũdam ætatem trãſmitti potuit Adamũ, & Mathuſalem. Nam is cum Adamo vixit annis 243. cum Noa ſecũdæ ætatis principio 600.

Imaginationes de bello Gigantico, ſiue Atlantico.

Columnę coctiles pro ſiderum ratione inſcriptæ.

Principia diſciplinarũ & literarũ per poſteros Seth, artium mechanicarum per Cain & filios Lamec à Cain ſeptimo.

Quindecim Ægyptiorũ dynaſtiæ ſiue Prin-

| Anni mundi. | | | |
|---|---|---|---|
| | Aetas prima mundi Originarij, ſiue primorũ patrum ab orbe condito vſque ad Diluuium* annorũ 1656. dierum ſex. | 1. ætas. | *è primo, quinto, & ſeptimo Geneſis |
| | *Quod ſic mẽbratim probatur.* | | |
| 1. | Diebus ſex cõditur mũdus. | | |
| Geneſ. 5. | 1 ADAM* genuit Seth, ætatis ſuæ anno 130. | Anni mundi 130 | * animo & corpore perfectiſſimus. Nã q̃ Deus immediatè producit, |



& ſine cauſis naturalibus, ſũtper fectiſſima. Sed & cumulatum fuiſſe cũctis pfectionib⁹ & donis, tã naturalibus quã gratuitis, puro homini congruentibus, è Moſe & Eccleſiaſtico ſatis colligitur. Nec obfuit lapſus. Nã ille gratuita tantùm vulnerauit, nõ extinxit: multò min⁹ naturalia. Ex quo eo viuo floruerunt ſcientiæ, artes, & ſapiẽtia omnis generis. Gen. 4. & 5. 930. annos vixit ad docendũ humanum genus.

b pius. Eccle. 49.

| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | 2. b SETH genuit ENOS anno 105. | 235. |

cipatus.

Enoch vrbium prima, Caini opus.

Cainitarum regnum & habitatio in Aſſyria trans Tigrim & Euphratem.

Adæ & Setteorum in Syria & vicinis regionibus cis Euphratem.

Edẽ regio Meſopotamiæ, vbi paradiſus voluptatis, vſque ad Diluuium inter eos ſeparabat.

*Eius ætatis principes.*

Patriarchæ decem, qui & Sacerdotes.

*Illuſtres*, Abel pecuariæ inuentor, Seth diſciplinarũ præſertim Aſtronomicarum. Cain

Architecturæ & agriculturæ, Lamech armorum & venatoriæ, Iubal muſicæ & inſtrumentorū eius, Tubalcain ærariæ, ferrariæ & ſculptoriæ, Noëma lanificij & texturæ. Iahel ſcenofactoriæ.

*Præcipui ſcriptores ſacri*, Adā, cui Hebræi tribuunt Pſal. 92. *in Baba Bathra.* Enos & Enoch. *Profani*, poſteri Seth de Aſtronomia & humanioribus diſciplinis. Ceteri ignorantur.

*Pontifices*, primogeniti omnes, in ſolenni dei cultu & ſacrificijs.

*Prophetæ & doctores*, Adam, Enos, Enoch,

| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | 3. c ENOS gen. Cainā an. 40. | 325. |
| | 4. CAINAN genuit Malaleel an. 70. | 395. |
| Ibid. | 5. MALALEEL gen. Iared anno 65. | 460. |
| | 6 IARED gen. ENOCH an. 162. | 622. |
| | 7. d ENOCH genuit MATHVSALEM an. 65. | 687. |
| | 8 e MATHVSALE ge. LAMECH anno 187. | 874. |

c pietiſſimus & ſacrorum miniſter, quo tempore omnes declinabant ad idolorū cultus.

d pientiſſimus & Propheta. Nemo natus eſt in terra qualis Enoch. Eccl. 49. Ambulauit cū Deo Gen. 5. trāſlatus ne videret mortē Ibid. & Heb. 11.

e omnium longæuiſſimus, nempè millenarius, annis triginta vno demptis. Cum Adamo menſus eſt totam hanc ætatē. Nam mortuus anno diluuij.



f pius & Propheta, alius à Lamech Cainita, multarū artium mechanicarum inuentore.

g ſanctiſſimus & Propheta, ſub quo vitiatur ſacramētum Matrimonij, è diſparibus connubijs, è quibus Gigantes naſcūtur.

| | | anni mundi |
|---|---|---|
| | 9 f LAMECH genuit Noë 182. | 1056. |
| Gen. 7. | 10 g NOE in Diluuio agebat annum 600. | 1656. |

Lamech, Noë, contra idololatriam & peccata, præſertim impuras libidines.

*Religio exterior.* Dei inuocatio publica, Gen. 4. deniq; ſacramēta & ſigna fidei primæ ætatis ante Diluuiū fuerūt 1. Sacrificia Abel & Cain, id eſt, cruentū & incruentum. 2. Altaria ab eis extructa, in quibus ſacrificarēt. 3. Solennes ritus & ceremoniæ ab Enos & Enoch inſtitutæ. 4. Pœnitentiæ opera in libro Enoch. 5. Sacramētum matrimonij ſanctè & ritè curatum vſque ad La-

mech bigamũ, a Caino ſeptimum, & filios Dei illam legē violantes, ſe cũ filia impiorum copulãdo.

*Hæretici.* Cain primus ciuitatis diaboli conditor, cum ſuæ poſteritatis magna parte, negans prouidentiam, iudiciúmque venturum, quem proinde Targhum Hieroſolymitanum & traditiones Hebraicæ aiunt dixiſſe ad Abelem, Non eſt Iuſtitia neque iudex, neque ſæculum aliud, nec præmia recipient iuſti, nec pœnas improbi, & tunc interfecit eum

Anni mundi.

1656

Hoc ſæculũ deſcriptũ eſt à Moſe ſeptē primis capitibus, Philone, Ioſepho, zonara, Sulpitio, Rabbinis antiquis & Cabbalicis auctoribus. Alioqui pauca alia habet monumenta



Sũma. 1656. di. 6.

*Caluinitæ* in quæſtione de Prædeſtinatione nonnihil cũ his habēt commune in ſingulis enĩ ætatibus & ſæculis, ſuæ impietatis ac perfidiæ propinquos peſſimos quoſque habere voluerunt, vt ordine docebimus.

Cætera lib. 1. noſtræ Chronographiæ à pag 1. ad 8.

## *Facies prima Eccleſiæ & religionis.*

HAC prima ætate puræ & ſalutaris Religionis ad nos tranſmiſſæ, & ad ſæculi extremum duraturæ, fundamenta iaciuntur ac vigent. Fideles vocabantur *filij dei*: cæteri homines, vel filij hominum, ſiue, vt eſt in Heb. Adam & filij Adam. Geneſ. 6. Regebantur *traditionibus* Adæ (nam traditiones ſunt Scripturis antiquiores) deinde Prophetijs Enos &

Enoch. Nam inuidiſſe Adam filijs & poſteris traditiones ad ſalutem neceſſarias non eſt probabile, præſertim de Deo, eius Verbo & Spiritu, quos viderat & allocutus fuerat. Gen. 2. De creatione mundi, cuius maxima pars fuerat, adeò vt eius rebus Dei iuſſu nomina ſecundum cuiuſque naturas imponeret, Gen. 2. De animæ diuina inſpiratione & productione, ad Dei imaginem & ſimilitudinem, quã ipſe expertus eſſet, Gen. 1. De hominis dignitate & dominio ſupra reliqua, quod ipſe accepiſſet, ibidem. De ſtatu innocentiæ, à quo exciderat: de peccato, quod commiſerat, vt omnium calamitatum fonte: de horto voluptatis, è quo eiectus fuerat: de Angelis, quorum aliqui cum flammeo gladio & verſatili ingreſſum horti tuebantur, Gen. 2. De diabolis humani generis hoſtibus, & eorũ tentationibus, quorum vnus per ſerpentem ſe & coniugem deceperat: de ſemine mulieris, id eſt, Chriſto, qui ſibi ad peccati & miſeriæ medicinam promiſſus fuerat, Gen. 3. De ſanctificando Sabbato, propter creationis beneficium: De ſanctitate & legibus Matrimonij, de quibus ipſe prophetaſſet, Gen. 2. De ſacrificijs & cultu Dei, de Dei præceptis & voluntate, de morte, de pœnitentia, de Pœnis propter peccata, quæ omnia ipſe experimento didicerat, vel per Spiritum Dei, aut mentis ſuæ, ingenij, & naturæ præſtantiam ac perfectionem conceperat. Denique de cunctis myſterijs, ad ſalutem maximè neceſſarijs, quibus eum plenè non modo vt Prophetam, verùm etiã vt virum immediatè à ſe procreatum imbuerat. Nam idcircò ei videtur æuum produxiſſe in annum mundi 930. i. pluſquàm primæ ætatis dimidium, vt radices pietatis longas relinqueret. Hinc deinceps *Dei vnitas*



in inuocationibus & vſurpationibus nominis יהוה quod non recipit pluralem formam. *Trinitatis myſterium* è creationis rerum opere. In eo enim vniuerſa molitus eſt Deus per verbum in Spiritu ſuo. Et ex hominis opificio. Nam in eo, Faciamus (inquit) hominem ad imaginem noſtram, verba ſcilicet Patris ad Filium & Spiritum ſanctum, ipſius tanquam conſiliarios, eos tanquam pares & ſocios, ad tam ſingularem fabricam inuitantis, vel certè trium diuinarum perſonarum ſeipſas ad hoc inſigne opus exhortantium, Gen. 2. Sic, Faciamus adiutorium ſimile illi. Et, Ecce Adam factus eſt, tanquam vnus ex nobis, ibid. Adde, plurali forma Deum Elohim fuiſſe ab hominibus huius ætatis ferè nominatum & inuocatum. *In Chriſtum fides*. tanquam liberatorem, Gen. 3. Mulieris ſemen infeſtum erit Serpenti, conterétque caput eius i. vim & potentiam, vbi dicitur ſemen mulieris, non viri, quòd ex incorrupta virgine ſine ſeminis virilis cõmixtione naſciturus eſſet. Vbi & Targhum Hieroſolymitanum, Remedium erit filijs mulierum & ſanitas, tibi autem, ô Serpens, nulla erit medicina. verùm te ipſi calcabunt calcibus ſuis in fine calcis dierum, manibus Regis Chriſti, ſiue per Regem Chriſtum. Eius autem incarnationis præludia in externis per aſſumptam humanã effigiem apparitionibus & anthropopatheia, Gen. 2. 3. 4. 6. 7. *Figuræ*, quibus eſt depictus, Victimæ tunc immolatæ, propter quas dicitur occiſus à mundi origine, Apoc. 13. Item veſtes pelliceæ agni nudis datæ, idque ad diei veſperam. Nam ſub veſperam mundi i. nouiſſima ætate erat corporandus, & peccatorũ nuditatem tecturus. *fides* in Abel, Enoch, Noë. Heb. 11. *fidei ſigna*, vt *ſacrifi-*

*cia* duorum generum, *cruenta* in typum ſacrificij crucis, Agnus Abelis fide oblatus, & deo probatus acceptúſque externo quodam & viſibili ſigno, Gen. 4. Heb.11. *Incruenta* in typũ Euchariſtiæ, ſacrificij incruenti. Minha ſiue oblatio Cain de terræ frugibus, ibid. *Et ſacramenta*, Patrum externi & religioſi ritus ab Enos inſtituti, Gen. 4. loca religioſa & altaria ab Abele erecta, ceremoniæ ab Enoch, ſcripto etiam relictæ, & fortaſſe purificationes tanquam baptiſmata, vt in ſequentibus naturæ ætatibus, Gen. 33. & legis, Leuit. 10 Num. 6. &c. quo modo Diluuium baptiſmi typus, 1. Pet. 3. *Matrimonij* in paradiſo inſtituti, Gen. 2. Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. i. duo ſuppoſita in vno carnali commercio per ſubſtantiarum inter ſe commixtionem, vel duo in vna filij perſona. Gen. 1. Benedixitq; illis Deus, & dixit, Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam. *Pœnitentia & eius operum*, in libro Enoch, qui extabat in prima Eccleſia, & ad iſtud docendum citatur à Tertulliano lib. de Idololatria, & Pudicitia, imò & B. Iuda in Canonica. Huius virtutis præco fuit Noë, 2. Pet. 2. Exempla autem nobiliſſima, Adam, qui poſt Abelem & Cainum natos videtur voluiſſe viuere in perpetuo cœlibatu & luctu, vt ſua peccata liberiùs lugere poſſet, nec ad cognoſcendam Euam proceſſiſſe, niſi ad ſuſcitandum ſanctum ſemen in Abele mortuum, Gen. 4. Eua, quæ filiorum alterum Abelem vocauit. i. vanitatem. Seth, qui primogenito ſuo nomen impoſuit Enos. i. ærumnoſi. Abel, qui virgo permanſit vſque ad diem necis ſuæ. i.



annum vitæ centeſimum. *Bona opera*. Eorum præco Noë, 2. Pet. 2. ea Deum promereri, Gen. 6. & 7. placere Deo, Gen. 5. citante Apoſtolo, Heb. 11. Nónne ſi benè egeris, recipies. Sin malè, ſtatim in foribus peccatũ (i. pœna peccato debita) aderit, Gen. 4. *Miniſterium publicum, ſacerdotium*, Gen. 4. Abel & Cain ſacrificant, Enos incipit inuocare nomen Dei (paulò ſolenniùs quàm antea.) Gen. 5 citante B. Iuda, publicè Enoch predicat Verbum dei. Gen. 6 Noë, interpretante B. Petro, 2. Pet. 2. *Feſta* Gen. 2. Benedixit Deus diei ſeptimo, & ſanctificauit illum. i. ſacrum ſanctumque haberi iuſſit. Quare Adam Sabbatum celebrat, & in illud condit ex antiquis Rabbinis Pſal. 91. & in diem Sabbati inſcribit. Reliquos patres ſabbatizaſſe quoque Abben Ezra Commentarijs in Decalogum docet. *Delectus ciborum*. Abſtinẽtia à carnibus, piſcibus, & vino perpetua, Gen. 1. vbi herbæ duntaxat olera & fructus arborum in cibum conceduntur. & vitis, Gen. 9 non niſi poſt Diluuium plantatur. Gen. 2. vbi arboris etiam notitiæ boni & mali eſus inhibetur, Gen. 7. vbi animalia quædam munda (ad ſacrificium) alia immunda. *Traditiones*, vt de animantibus mundis & immundis, Gen. 7. de matrimonio non agitando cum impijs & diſparibus religione, Gen. 6. de vltione ſeptuplũ danda de Cain, Gen. 4. Nam etiam Dei colloquium cum Cain poſt multa ſæcula ad poſteritatem peruenit. Lamech enim ab ipſo ſextus circa mũdi ſeptingenteſimum. Septuplum, inquit, vltio dabitur de Cain, &c. Ibid. Multo magis per manum accepta ſunt Dei verba ad pios, Adam, Euam, Abelem, Enos, Enoch, Noam, &c. *Cura mortuorum*. Dum Adæ ſepulchrum religioſè & inuio-

latè in Hebron conſeruabatur vſque ad Ioſue, Ioſ. 14. ex interpretatione etiam veterum Rabbinorum in Bereshith Rabba, & in Midras Cantici Canticorum. Ad quem locum poſtea vxori, ſibi & poſteris ſepulchrum delegit Abraham magno pretio, Gen. 23. de quo illud Iudæorum in officio pro defunctis, Patres qui dormitis in Hebron, portas Eden aperite illi, Gen. 5. Enoch non apparuit, quia tulit eum Deus. Quaſi quæſitus fuerit ad ſupremum officium. Dies ſeptem diſtulit diluuium à ſe præfinitũ Deus in gratiam Mathuſale, vt eius exequias Noë cum ſua familia ſanctè & honorificè curare poſſet. R. Selo. Gen. 7. V. 4. Quin & Patriarchæ reliqui propter communioonem ſanctorum in Paleſtina, vel quam proximè viuere, mori, & diem Domini expectare cupiuerunt, vt Rabbini docent è ſuis traditionibus. *Purgatorium.* Carcer, in quem incluſi ſpiritus eorum, qui increduli fuerunt aliquãdo, quãdo expectabãt Dei patientiã ſiue miſericordiam in diebus Noë. 1. Pet. 3. id eſt, qui præſumptione diuinæ miſericordiæ non credebant futurum diluuiũ, quantumuis à Noë fabricante arcã denuntiatũ. In illa enim incredulitate oppreſſi ſunt, indéque (quia alioqui pij erant) in carcerẽ deſcẽderũt, quouſque eis mortuus Chriſtus veniens prædicaret, ibid. & Euãgelizaret, ibid. c. 4. Tale quid innuunt in Seder olam c. 4. Homines (inquiunt) ætatis diluuij neque recepti ſunt in vitam venturi ſæculi, neque iudicati ſiue damnati. Eius pictura erat flammeus gladius atque verſatilis, interpoſitus inter peccatores & paradiſum Gen. 2. Cuius rei myſterium Adamum, quum eſſet ipſi obiectum, non latuit, nec ipſo interpretante poſteros. Eo autem pictum fuiſſe



Purgatorium, ignem interiectum inter inferos & cœlos, docent Rabbini multi veteres, & è noſtris Origenes. Nam & Iudæi credunt ignem quendam purgantem & emundantem fidelium animarum maculas per mẽſes duodecim, Zoar in Gen. 18. & 47. Leu. 21. R. Alphes in tractat. Ros Haſſaná c. 1. fol. 216. R. Ioſeph Albo lib. Hikkarim 4. c, 34 pagina Et ſi alij Rabbini per gladium hunc ſignificatum malint gehennam & æternam pœnam, qua afficiendi eſſent impij. *Sanctorum memoria.* Cherubim, qui ſunt ſancti Angeli inter peccatores & Paradiſum conſtituti, Gen. 2. & cuſtodes gazarum horti Eden, in officio Iudæorum pro mortuis. Abel per fidem defunctus adhuc loquebatur, Gen. 4. Heb. 11. Enoch in cœlum tranſlatus ad piorum conſolationem, Gen. 5. *Liberum arbitrium*, Gen. 4. Sub te erit appetitus eius (peccati) & tu dominaberis illius (peccati) vt & R. Abben Ezra illic docet planè, vt Auguſt. lib. 15. de Ciu. c. 7. Quod Deus Caino inculcatum voluit, ne putaret peccato Adæ patris ſui, libertatem arbitrij eſſe amiſſam. *Vita æterna.* Ex Enoch trãſlatione, Gen. 5. & animæ immortalitate, quam credebant ex Adæ ortu, vbi ei inſufflauit Deus ſpiraculum vitæ. i. extrinſecus ei animam indidit, non è poteſtate materiæ. Adde, qui inſufflat de ſuo aliquid tribuere, è Rab. Nahaman, vnde Poëtæ animam diuinæ auræ particulam didiciſſe videntur. Item ex appellatione animæ humanæ ab Adamo impoſita, *Neshama* enim diuinum quid & cœleſte deſignat, quaſi *min shamaim* i. de cœlo. Denique è paradiſi voluptatis obiectu & recordatione. Nam is erat cœli typus. *Iudicium futurum*, Gen. 4. Nónne ſi bene egeris, recipies; &c.

Prophetauit & de eo ſeptimus ab Adam Enoch, dicens, Ecce venit dominus cum ſanctis millibus ſuis facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de cunctis operibus impietatis ſuæ, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contra ipſum, peccatores impij. In B. Iudæ Epiſtola. Atque hæc originarij mundi fides, & doctrina, ſequentis fundamentum & radix.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Inſigniora 2. ætatis.* | 2. ætatis. | AETAS SECVNDA, ſiue Diluuij, à Diluuio ad ortum Abrahæ * an. 293. dies 10. | Anni mundi. | * è capitibus octauo & vndecimo Geneſis. |
| Multiplicatio hominum in 70 ſtirpes, è quibus mille gentes & populi. Inſtauratæ artes Mechanicæ & Mathematicæ. Inuentus vſus vini Animaliú eſus cœptus. Orientalium vrbium clariſſimarum ædifi- | Gen. 8. 11. | *Quod ſic particulatim oſtenditur.* [a] Diluuium durauit annum vnum, dies 10. | 1657. | a Paradiſi voluptatis in Eden Meſopotamiæ regione facies aquis deletur, & fluuiorum eius capita confunduntur alióque ttransferuntur. |
| | | 2 b SEM filius NOE genuit ARPHAXAD ab eluuione ann. 2. | 1659. | b agebat annum ætatis 102. Melchiſedec eſt cognominat⁹. |



| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | | | Anni mundi. | catio, preſertim in Meſopotamia, Aſſyria, Chaldæa, Syria, Armenia, Paleſtina. |
| Ex Aſſyria migrauit in Caldæam, & Caldæos denominauit, Caſdim. | | 2. c ARPHAXAD genuit SALE ætatis ſuæ anno 35. | 1694 | Eccleſia ad Abrahamum ætatis tertiæ principium per vnicum Noam trāſmitti potuit, nā is anno quadrageſimo octauo Abrahæ, eſt mortuus, trecentis quinquaginta poſt Diluuium. |
| | Ibid. | 3. SALE gen. HEBER an. 30. | 1724. | |
| d Ab hoc Hebræi vocati ſunt | | 4 HEBER genuit PHALEG an. 34. | 1758. | |
| e Vixit annos 239. quorum vltimo diuiſa eſt terra in tres partes, nempè anno Mundi 1997. Diluuij 340. ſub Abrahæ quadrageſimum octauum. Quare & regna mundi in ſequētem ætatem conferenda ſunt | Gen. 11. | 5. e PHALEG gen. REHV ætatis an. 30. | 1788. | Bella nulla ob filios Noæ nondum diuiſos. Regna nulla, niſi fortè inchoans Nimrod Bababylonici. *Huius ætatis principes* tres, Sē, Cham & Iaphet. Cameſem & Iapetū duos poſteriores Cato & profani |

appellant.
*Viri illuſtres*, Iapetus tertio genitus Noæ gigas, nationum Occidentalium & Septentrionalium.i.Europæarum & Scythicarum ſator. Madai Medorũ Iauan Ionum ſiue Græcorum, Eliſa Aeolum, Tarſis Tarſenſium, Chittim Macedonum & Italorum, Rhodanim Rhodiorum & inſularũ maris Mediterranei, Magog Scytharũ, præſertim Turcarum.
Cameſes ſecundo genitus, nationum Africanarum & Auſtralium parẽs. Chus Aethiopiæ, Mizraim

| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | 6 REHV genuit Sarug anno 32. | 1820. |

Ægi-



| | | Ann mundi. |
|---|---|---|
| f Prim⁹ poſt Diluuium idola formaſſe fertur. | 7 f SARVG gen. NAHOR an. 30. | 1820. 1850. |
| | 8 NAHOR genuit TARE an. 29. | 1805. 1879. |

Ægypti, & Lybicorum, Chanaã Chananæorum, Sidõ Phœniciæ, Gog Arabum.
Sem primogenitus, Orientaliũ genitor, Arphaxad Chaldæorum, Heber Hebræorum, Aſſur Aſſyriorum, Ioctan Indorum.
Nimrod de genere Cham, fortitudine, venatu, primarum vrbiũ, Babylonis, Arac, Vr, Achat, Calannæ, & Imperij fundatione clariſſimus.
Aſſur de ſtirpe Sem, vrbiũ multarum, vt Niniue, Chalè, Reſõ, operum publicorum & imperij laude celeberrimus & Ni-

ni nomine profanis cognitus.

Rapha, mole corporis, & ipſius poſteri Raphaim, gigantes potentes & famoſi à ſæculo.

*Scriptores ſacri*, Sem, cui Hebræi tribuũt materiã Pſalmi 109. *Dixit Dominus*. Sãbetha, Sibylla Noæ nurus.

*Profani*, Cameſes, Zoroaſtres de Magia, Ioctan Heb. f. de Philoſophia.

*Pontifices*, Noë, Sem, & reliqui octo patriarchæ, vt & omnes primogeniti.

*Prophetæ & doctores*, Sem, Heber, Phaleg.

*Hæretici*, Cameſes, & Chanaan, magicis doctrinis religionem

| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | 9 8 TARE gen. Abram anno. 70. | 1949. |

8 Ex Vr Chaldæorũ Vrbe migrauit in Meſopotamiã in oppidũ Harã, ſiue Charas. Sed id ſequenti ætate, nempè vna cũ filio Abraham.



Hæc ætas deſcripta eſt à Moſe capitibus 7, 8, 9. 10, 11, Geneſis, Ioſepho, Zonara, Philone, Sulpitio, Euſebio, Rabbinis antiquis & Cabballicis. Alioqui pauca habet monumenta ante diuiſionẽ orbis terrarũ à Noæ filijs & poſteris factam.

| | | anni mundi. |
|---|---|---|
| | Summa 293. d. 10. | |

paternam vitiãtes, & patrem ridentes. Nimrod Cameſis nepos, cultum ignis introducẽs, ſéque ab Atauo Noa ſeparans. Poſteri reliqui Cham & Iaphet ſeſe à communione Noæ & Sẽ Melchiſedec iſtius ætatis ſummum Põtificatũ exercentis ſenſim ſubducentes, & nouos cultus & religiones per orbem condentes.

*Caluinitæ* myſteria Pontificatus Melchiſedec inſectantes, cum iſtis ſe coniungunt.

Cætera è libro 1. noſtræ Chronographiæ, à pag. 8. ad 13.

QVALIS Eccleſiæ Legis naturæ facies poſt Diluuium
exciterit, perſpici hinc poteſt, vt taceam non eſſe dubi-
tandum, quin Noë & filij ipſius ipſo viuo puram & an-
tiquam religionem non modò tenuerint, verùm etiam
ad poſteros traduxerint, quoniam ſcriptum Noam iu-
ſtitiæ & fidei hæredem fuiſſe inſtitutum, Heb. 11. & o-
ctauum iuſtitiæ præconem, 2. Pet. 2. Perfectum, qui in
diebus iracundiæ factus ſit reconciliatio, & apud quem
depoſita teſtamenta ſæculi, Eccleſi. 44. Iuſtum, qui in
iuſticia ſua liberet animam ſuam à gladio & peſtilentia,
Ezech. 14. Hoc æuum non modò metiētē, ſed & quin-
quaginta ferè annis ſuperantē, Gen. 9. vt & verbum &
religionem in ſequentes ætates perduceret, per hanc
ætatem cum prima tertiam connectendo. Nam 600.
annis vixit cum prima ætate, 48 cum tertia. Hinc *Dei
vnitas* deinceps, Gen. 8. 9. 10. 11. *Trinitatis myſterium*,
Gen. 11. Venite, deſcendamus, & confundamus ibi lin-
guam eorum, & non audiat vnuſquiſque vocem proxi
mi ſui: atque ita diuiſit eos dominus ex illo loco in vni-
uerſas terras. Præterea vocabant & inuocabant Deum
ſub vocabulo *Elohim*, Gen. 8. & 9. *Elohim* autem plura-
lis numeri à ſingulari *Eloah*, Dij. i. diuinæ perſonæ.
Nam pluraliter Deus ſic dicitur לסוד in myſte-
rium profundum. Abben Ezra in Pſ. 11. eadem prorſus
notione, qua Gen. 20, Abraham pronunciauit, Eduxe-
runt me Dij de domo patris mei. (i. tres diuinæ perſo-
næ, quarum vnaquæque Deus eſt) R. Iaphet, eodem
citante. *in Chriſtum venturum fides*. Noë iuſticiæ, quæ
per fidem eſt, hæres eſt i. ſtitutus, Heb. 11. pactum &
fœdus ſempiternum accipens à Deo, Gen. 9. pro cuius
ſigno datus eſt ei arcus cœleſtis, i. Chriſtus in cruce



extenſus, ſignũ fœderis inter Deũ & omnẽ carnẽ ſuper
terram, Ibid. Item arca formæ myſtica, & ex lignis oc-
cultam ſignificationem habentibus. Sap. 14. Spes orbis
terrarum ad ratem confugiens remiſit ſæculo ſemen
natiuitatis, quæ manu Dei gubernabatur. Benedictum
eſt enim lignum, per quod fit iuſtitia. Quin arca nihil
aliud erat quàm crux contracta & conuoluta. Si enim
explicetur & exporrigatur, forma crucis exoritur. *Sa-
cerdotium externum, publicum miniſterium*. Noë, Gen. 8.
& 9. Melchiſedec, Gen. 14. *Sacerdotum benedictiones*,
ibid. Gen. 9. & 14. vbi & decimarum perceptio. *fidei
ſigna*, vt *ſacrificia* cruenta in typum ſacrificij cruenti
Chriſti, Gen. 8. AEdificauit Noë altare Domino, & ob-
tulit holocauſta ſuper altare: *Incruenta* in typum Eu-
chariſtiæ, Gen. 14. Sem Melchiſedec erat ſacerdos Dei
excelſi, in ſuis ſacris offerens panem & vinum, & deci-
mas accipiens. Nam Hotſi eſt verbum ſacrificale, vt Iu-
dicum 6. V. 18. Quare 70. lõgè ante Chriſtũ verterãt,
obtulit, ſicque illum locum intellexerunt veteres Rab-
bini, vt R. Iohai, pater R. Simeon, auctoris Zoar, Tal-
mudici, R. Moſe Haddarſan, R! Salomo, &c. Gen. 9
Noë plantat vineam, non tam vt biberet, quàm vt liba-
ret Deo, & ſacrorum libaminũ deinceps inſtituendo-
rũ vſum inſinuaret. Nã etiam hîc veteres Rabbini ma-
gna myſteria contẽplãtur, vt R. Iacob Baal Hatturĩ illic
attingit. *Sacramenta*, in Patrũ externis cultibus & riti-
bus, quos Sẽ literis mã laſſe ſcribunt, qui & ſolenniter
benedicebat. &c. Gen. 14. In eorũ benedictionibus &
Imprecationibus Benedictus Dominus Sẽ: Dilatet Deus
Iaphet, &c Ge. 9. Lex enim naturæ non fuit ſine ſacra-
mentis *purificationum*. In arca octo animæ ſaluæ factæ
ſunt per aquam. Quod & vos nũc ſimilis formæ ſaluos

facit Baptiſma, 2. Pet. 3. Nam in liberationis è Diluuio, memoriam, purificationes & lauacra in ſactis retinuiſſe videntur, vt Gen. 35. *Matrimonij*. Eius inſtitutio & benedictio renouatur ſemel, Gen. 8. bis repetitur, Gen. 9. *Pœnitentiæ*. Eius præco cùm eſſet Noë ante Diluuium prædicans incredulis. 1. Pet. 3. & 2. Pet. 2. non videtur pòſt ab ea inculcanda deſtitiſſe, vt qui exemplum iræ Dei in impios tam luculentum conſpexiſſet & ſenſiſſet. Nam Deus originali mundo non parcens, Diluuium exemplum eorum, qui impiè acturi eſſent, poſuerat. Ibid. Matth. 24 Luc. 17. Nec ſolum eam verbo docuit, verùm etiam opere. Nam caſtè & continenter deinceps vixit, quaſi exectis teſticulis ex Hebraicis traditionibus, & in ſudore vultus ſui, vt qui eſſet agricola & vinitor, mundi multiplicandi & politicè regendi negotium tribus filij relinquens, ſeque in vnica pietate & mundi contemptu exercens. *Templa, loca religioſa*. Eorum ſpecies in altari, quod Noë ædificauit, vbi adoratus eſt Dominus odorem ſuauitatis, Gen. 8. Item templum in Salem à Melchiſedec ædificatum pro ſede religionis primaria, è Tradit. Hebraicis, & Ioſepho lib. 6. bell. ciuil. vlt. vbi oraculum fuiſſe videtur ad quod perrexit Rebecca, vt conſuleret Dominum, Gen. 25. *Delectus ciborum*. In abſtinétia à ſanguine & ſuffocato, Gen. 9. in diſtinctione mundorum animantium ab immundis, Gen. 8 non iam ad ſacrificationem ſolùm, verùm etiam ad eſum beſtiarum iam tunc primùm conceſſum Gen. 9. *Feſta*: Noë & reliquos patres Sabbatum ſemel à Deo ſacrificatum ritè ſeruaſſe tradunt Hebræi, vbi ſuprà. Et ſanè nõ eſt probabile Patres diei conſecrationẽ à Deo tam ſolenniter factam, Gen. 2. neglexiſſe, qui longè minora adeò religioſè obſeruauerunt. *Præcepta*,



ſeptem, data filijs Noë iſto ordine: Non colere idola, benedicere Deũ, ſeruare ius publicũ, cauere ab illegitimo concubitu, non fundere humanum ſanguinem, non rapere, nõ tollere mẽbrũ de animali viuenti, è Gene. 9. Hebræi paſſim, vt Seder Ollã cap. 5. R. Salomo 2. Ieremiæ. *Ordinis politici & poteſtatis magiſtratuum inſtitutio*. Gen. 9. Quicunque effuderit (inquit Deus ad Noã) humanũ ſanguinẽ, fundatur per hominẽ (hoc enim in Hebræo interijcitur) ſanguis illius. Vnde Chald. Per teſtes. ſentẽtia iudicũ ſanguis eius fundatur. *Dominij hominum ſupra reliqua reſtitutio*. Ibid. Terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ, &c. *Cura mortuorum*. Sepulchrum Adæ in Hebron hac ætate religioſè conſeruatur, & in ſequentes ætates curioſè tranſmittitur, Ioſ. 14. vt cum noſtro Interprete Hebræi veteres in Bereſith Rabba, & in Midras Cantici Canticorum ſentiunt: Ne quis locum illum Ioſue aliò detórqueat cum Kimhi & recentioribus. *Iudicium & alterum ſæculum*. Deus ad Noë & eius filios, Gen. 9. De manu viri, & de manu, fratris eius requiram animã hominis. Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo, Gen, 9. Myſteriũ maledictionis Chanaan, & benedictionis Sẽ & Iaphet. Denique quæcũque viguerũt prima ætate, fideliter poſteris tradidere octo illi, qui per arcã erepti, mundum & Eccleſiam renouarunt. Quorum traditionum ſemina extant in Oraculis Sibyllinis, quorum maiorem partem tribuunt Sambethæ Noæ nuruj. i. vxori Sem, Sibyllarum primæ, & antiquiſſimæ, & longæuiſſimæ.

| | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| | ÆTAS TERTIA, ſiue Patriarcharum, ab Abrahæ ortu ad exitum Iſraëlitarum de Ægypto, an. 720. | | |
| 3. ætatis. | | | |
| gen. 11. | *Quod ſic per ordinem ſucceſsionū mōſtratur.* | | |
| | 1 [a]Abraham genuit Iſaac anno. ætatis ſuæ. 100. | 1949. 2049 | [a] Pater credētiū: anno eius 48. confuſio linguarum, & diſ- |

*Memorabiliora ætatis tertiæ.*

Mundi 2000. terræ ſortitio & diſtributio.

Linguarum cōfuſio.

Gentium diſperſio.

Regnorum variorum & Rerūp. exortus & conſtitutio.



perſio gētiū contigit. i. mundi 2000 tribus demptis. 75. migrauit è Meſopotamia in Chananæan in annos centum. Nam 175. vixit, Geneſ. 25.

| | | | Anni mundi. |
|---|---|---|---|
| b Vita Iſaac puriſſima, ſancta & tota myſtica natiuitatis, vitæ, benedictionis, mortis, & reſurrectionis Chriſti. | Gen. 25. | 2 [b]ISAAC genuit IACOB, anno. 60. | 2109. |
| c Iacob veteris pietatis forma, vouēs Gen. 28. ſa- | Gen. 47. | [c]IACOB deſcendit. in | 2239 |

Inde populorum è primis ſedibus migrationes & inundationes crebræ.

Bella Nimrodicum, Aſſyriacū, Bactrianicum, Sodomiticum, &c.

ſeruitutes, leges.

Pagorum, vrbium, nemorum & monumentorum publicorū multiplicationes.

Artium expolitiones.

Sapientiæ apud Chaldæos & AEgyptios & Indos profeſſiones.

Sedes religionis primaria in Salem, ſiue Hieruſalem, Melchiſedec Pontifice.

*Huius ætatis principes:*

Pharaones Ægypti, quorum primus Oſyris.
Aſſyriorũ Ninus.
Babyloniorum Nimrod.
Sicyoniorum AEgialeus.
Solymorũ Melchiſedec ſiue Sem.
*Illuſtres.* Laban, Iob, Eliphaz, Baldad, ſophar, Seir, Eſau, Iſmaël, & multi Arabes, Amraphel Chodorlaomer.
*Scriptores ſacri.* Idem Melchiſedec, Abraham, cui Hebræi tribuũt librũ Ietſira.i.formationis, & Pſal. 88.
*Miſericordias Domini.* Iob, è cui⁹ libro doctrina huius tẽpeſtatis, fides & reli-

Ægyptum, annos natus 130.

Anni mundi.

2239.

crificans 31, 33, 35, 46, libãs, 28 & 35. inuocans nomen Dei æterni & Angeli ſui, 48. decimas promittens, 28. Angelorum viſionib⁹ potiens, 28, 30, 5, &c. habẽs ſpiritũ Dei, 48. & 49. Moriens reliquit 12. filios Ruben, Simõ, Leui, Iuda, Aſer, Gad, Dan, Zabulõ, Neptalim, Iſachar, Ioſeph & Beniamin. Et duos filios Ioſeph pro filijs adoptauit, Menaſſem & Epraim. Mortuus eſt in AEgypto an. 17. poſt deſcenſum.



d Ioſeph poſt patrem potens vixit in AEgypto, annis 54. Eo mortuo Iſraelitæ ſeruiũt, & à regibus AEgyptijs an. 360. vexantur.

Contra vanitatẽ Græcorum, inuentores rerum recẽtiſſimos faciẽtiũ vix 300. annis à Diluuio exactis, mundi facies, artes, opificia, mores ijdẽ qui nunc mille annis ante iſtorum prima tempora i. Heroica & fabuloſa, multo pluribus ante Homerum.

Exod 12.

4.

d Iacobæi mãſerunt in Ægypto annis 430.

Anni mundi.

2669

gio intelligi poteſt. Elihu, Ioſeph.
*Profani.* Zoroaſtres, Chaldæi, Perſæ, Aſſyrij, quorum proinde literas ſempiternas fuiſſe ſcribit Plinius lib. 7. Ægyptij preſertim Hierophantæ, in quorum ſapiẽtia & literis Moſes fuit eruditus.
*Pontifices*, primogeniti.
*Prophetæ & doctores*, Melchiſedec, Abraham, Iſaac, Iacob, Leui, & eorum poſteri multi,
*Religionis & fidei*, ſubſtantia & forma eadẽ quæ antea, vt mox apparebit.
*Hæretici* Iſmaëlitæ & Eſaïtæ,

ſiue Idumæi, religionem Arabicam cum auita miſcentes.

*Caluinitæ*, multa Arabicæ impietati. i. Mahometanæ habēt cōſentanea, vt alibi tractamus.

| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | | 2669 |

Quod ſic delibatur. Bellorum vſus, Gen 14. ſeruorum tam vernaculorū, quàm emptitiorum Gen. 14. & 17. Delicatarū carnium, frugū, butyri, lactis, 18. 27. conuiuiorū, pulmentorū, 21. 24. 26. Frugum & vini 9. 19. 27. Muſicæ, canticorū, tympanorum, cithararum, 31. Sagittarum, 21. Armorū, pharetrarū, arcuū 27. venationis, 10. 24, 26. Gladiorū, 22. 24. Siclorū argenti, probatæ monetæ publicæ, 23. argenteorum, 20. Electa ſepulchra, ibid. Monumentorum & ſe-



pulchrorum tituli & inſcriptiones, 35. oppida & caſtella, 25. vrbes, 10. 11. 13. 23. 24. Iudicia & fora iudicialia, Gen. 14. vbi Noſter, fons ſiue planities Miſpat (i. iudicij) in quē conueniebāt incolæ regionis propter iudicia & cauſas forenſes, è R. Selomone & OnKelo. Vaſa aurea & argentea, ſicli aurei, inaures aureæ ad ornandā faciem, armillæ in manibus pondo ſiclorū decē, veſtes elegātes, polymitæ, Gen. 24. 27. 37. hoſpitia ad manendum & locandos camelos, 24.

| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | | 2669. |

| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| Cætera lib. 1. noſtræ Chronogr. à pag. 13. ad 30. | Summa ann. 720. | 2669. |

diuerſoria, 42. putei factitij, 21, 26. Hydriæ ad hauriendam aquam, canales, 24. leges diuerſæ, negotiationes, dos, 34. agrorum emptiones & venditiones, 23. epiſtolæ & nuntij, 22. Medici Pharaonis & Ioſeph, 50. Denique artes, opera, artificia planè eadẽ quæ nũc. Græci & Latini non ſe clarius planè probare poſſint fuiſſe barbaros vſque ad Cyri & Solonis tempora, & vſque ad quingenteſimum annum ante Chriſtũ, quàm cũ huiuſmodi rerum inuẽtione non nuil



ſuorum tribuunt, quæ à prima Diluuij memoria apud Orientales repetitur.

Hæc ætas deſcripta eſt à Moſe 39. capitibus vltimis Geneſis, & duodecim primis Exodi, Philone, Ioſepho, Zonara, Sulpitio, Talmudicis & Cabbalicis.

| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | | 2669. |

## *Doctrinæ & Religionis continuatio.*

TERTIA ætate non modò continuatur ſacra doctrina & religionis veteris forma, verùm etiam proficit & augetur. Hinc *Dei vnitas*, Gen. 14. Benedictus Abraham Deo excelſo, qui creauit cœlum & terram. Et paulo pòſt, Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum, poſſeſſorem cœli & terræ. 17, Ego Dominus omnipotens. Et mox, Statuam pactum meum inter me & ſemen tuum fœdere ſempiterno, vt ſim Deus & ſeminis tui poſt te. Gen. 24, Dominus cœli & terræ, qui tulit me de domo patris mei. Gen. 17 & Exod. 6, Apparet Dominus Abraam, Iſaac & Iacob, in *El Saddai*. i. Deo omnipotente. Denique eos alloquitur perpetuo in numero ſingualri, & Scriptura eum ferè conſtruit cum verbo & adiectiuo ſingulari, ad eius eſſentiæ ſingularitatem celebrãdam. Iob eam etiam inculcat. cap. 9, Qui extendit cœlos ſolus. 23, Ipſe enim ſolus eſt, & nemo auertere poteſt cogitationem eius. 31, Non ſunt oſculandi alij ore ſuo. Nam eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſſimum. 36, Ecce Deus excelſus in fortitudine ſua, & nullus eſt ei ſimilis in legiſlatoribus. Quis poterit ſcrutari vias eius. 38. & ſequentibus ex miris eius operibus Deus ipſe probat nullũ ſibi eſſe ſimilem. Denique tam Iob quàm ſocij eius Dei vnitatẽ vbique agnoſcunt & prædicant, cap. 2. 25. 26. 35. 36. 37. Nam hunc articulum valdè illuſtrant contra πολυθεΐαν paſſim ſuo tẽpore graſſantẽ. *Trinitatis myſterium.* Abraham Trinitatem hoſpitio excipit, Gen. 18. quando ei





apparet Dominus in tribus viris. Vnde eos per multitudinis numerum cernit & inuitat, deinde ſicut vnum ſingulariter compellat: Domini, inquit, ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne pertranſeas ſeruum tuum. Denique tres videns, & vnum adorans, eos non modò vt vnum ſingulariter, vt tres pluraliter alloquitur, ſed viciſſim ab eis nunc vt vno, nunc vt pluribus, reſpõſa accipit Tam expreſſa Triadis pictura, vt aliqui veterum Hebræorum, citante Abben Ezra, Deum tria inſeparabilia, & vnum non dubitarint inde colligere, & ſi iſte refellere conetur. 19. Dominus pluit ignem à Domino. 20. Eduxerũt me Dij de domo patris mei. Sic Lot duas perſonas filium & Spiritum ſanctum, Gen. 19 in domum recipit, qui modò *Nos* plurali numero, propter hypoſtaſes, modò *Ego*, propter ſingularitatẽ eſſentiæ, de ſe dicunt. 35. Apparuerunt ei Dij cùm fugeret fratrem ſuum. Iob. 30. iuxta veritatem Hebraicam, Afflixit me, & frænum miſerunt in os meum (miſit) 35. Nõ dixit, Vbi eſt Deus factores mei. 7. Noctes laborioſas numerarunt (Deus) ſiue conſtituerunt mihi. Et nominatìm multa de *Dei verbo* & increata ſapientia, c. 28. diuiniſſimè theologicatur, è quo ſua deſumpſit Abrahã auctor libri Ietſira, in eius calce (vt notat R. Selomo) & Salomon ipſe Prou. 8. Eccleſiaſticus 1, 4, 24. Sapiens 7, 8, 10, 18. Baruc 3. Item *de ſpiritu ſancto*, c. 26. Spiritus eius ornauit cœlos. 32. Spiritus omnipotentis dat intelligentiam. 33. Spiritus Dei fecit me, & ſpiraculum omnipotentis aptauit me. *In Chriſtum fides.* Chriſtus patribus huius ætatis diſertè promittitur, Gen. 12, 15, 22, 26, 28. Eum expectat definito tempore, & prænunciat Iacob, Gen. 49. teſte vtroque Targhum. Nam ibi Onkelos V. 10. Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de

femore eius, donec veniat Meſſias. Hieroſolymitanum autem: Non deſinent reges domus Iuda, neque deſiderabuntur doctores legis de filijs filiorum eius vſque ad tempus quo veniet Meſſias, cuius eſt regnum, & cui ſeruitura ſunt vniuerſa regna terræ. Et verſ. 11. Quam pulcher eſt Rex Meſſias, qui ſurrecturus eſt de domo Iuda: alligabit (accinget) lumbos ſuos, exibitque in prælium aduerſus hoſtes ſuos, &c. V. 12. Quàm pulchri oculi Regis Meſſiæ ad cernendũ, præ vino defæcatiſſimo, ne illis ſpectet inceſtos concubitus, cædéſque innocentium. Dentes eius exercitati ſunt in lege, ne illis commanducet iniquitates & rapinas. Rubeſcent montes eius vineis & torcularibus vini. Candeſcent colles eius copia tritici & gregum ouium. V. 10. etiam eum Iacob nominat expectationem ſiue obedientiam gentium, & cum hac ſpe V. 18. migrat ex hac vita. Expectabo ſalutare tuum Domine: vt proinde Abraham, Iſaac, Iacob, cohæredes repromiſſionis eiuſdem, Heb. 11. ad quam promiſſionem denuò confirmandam additur circumciſio præter ſuperiorũ ætatum ſacramẽta, tanquam promiſſionis repetitæ ſignaculum & ſigillũ. Sic redemptorem ſuum expectat Iob c. 19. & figurat c. 1. 2. &c. quemadmodum Iſaac diuinitus promiſſus, ſupernaturaliter conceptus, è ſterili genitus, ad ſui ipſius immolationem ligna portans, Gen. 17. 18. 22. &c. *figuræ aliæ.* Immolatus agnus vepribus coronatus, ſiue prehenſus in cornibus, Gen. 22. Scala cœli, 28. Decuſſatio manuũ in modum crucis ad benedicendum, Gen. 48. Atque inde *iuſtificatio*, Gen 15. Credidit Abraham (promittenti ſemen:) & ei reputatum eſt ad iuſtitiam. *Sacramenta* vt *Matrimonij*, Gen. 24, 34. inter Ægyptios etiam ſancti & inuiolati, 12, & 39. Philiſteos, 20, & 26.



Meſopotamios, 29. Inter diſpares religione non contrahendi, 24, 26, 27, 28, 34 *Circumciſionis*, Abrahæ datæ, Gen. 17. Iſaaco die octauo collatæ, 21. Patriarchis deinceps, Act. 7. Exod. 4. apud quos illicitum & nefarium erat, non modò non circumcidi, ſed & incircumciſis dare & accipere mutuò filias, 34. imò verò domi habere tam vernaculos quám emptitios, alienigenas, non circumciſos, 17. quæ erat promiſſi Chriſti ſignaculum: quo exhibito, iam deſineret, ac rediretur ad antiquas & ſimpliciores baptiſmatis ceremonias. *Impoſitionis manuum & benedictionis*, Gen. 27. 48. & 49. *Ceremoniæ & ritus externi*, vt olei fuſio, viníque libatio, Geneſ. 35. Decimarum præſtatio, Geneſ. 14. & 28. *Purificationes & lauacra*, in baptiſmi typum, Geneſ. 35. Mũdamini & mutate veſtimenta veſtra, & aſcendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Domino. i. abluite corpus, R. Abraham. Ex quo loco (inquit) diſcimus Iſraëlitas debere eſſe mundo corpore & mundis veſtibus, quando locum conſtitutum precandi cauſa adeunt. Iob 1. Iob ſanctificabat filios ſuos vnoquoque die ſeptimo, vt in craſtinum intereſſent ſacrificio. Nempè eos præparabat in peruigilio certis luſtrationibus, ad quas alludit c. 9. Si lotus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ, tamẽ ſordibus intinges me, & abominabuntur me veſtimenta mea. *Feſta.* Sabbatum vt minimum ſacrũ erat. Ibid. c. 1. ſingulis diebus ſeptimis Iob conſurgens diluculo offerebat holocauſta pro numero ſeptem filiorũ. Sic faciebat Iob cũctis diebus. Vbi & *proſabbatum*, quo & præſanctificabat & purificabat filios in craſtinum holocauſtum. Quare & poſterioribus ætatibus Iudæi diem Veneris *Herub.* i. Paraſceuen ſiue præparatio-

nem appellarunt. *Veſtes religioſæ.* Nam in re diuina mutationis veſtium fit mentio, Gen. 35. *Sacrificia cruenta,* holocauſta Abrahæ, Gen. 12, 13, 15, 22. Iſaac 26. Iacob 31, 33, 35, 46. Iob. c. 1. Eliphaz, Baldad & Sophar, c. 42. in quibus erant *pacifica*. i. quæ non tota comburebantur vt holocauſta, ſed pars edebatur, Gen. 31. Iacob immolatis victimis in monte vocauit fratres ſuos, vt ederent panem. *Incruenta & communio.* Continuatio ſacrificij Melchiſedec in pane & vino, in typum Euchariſtiæ, Gen. 14. libamina Iacob, 35. *Loca religioſa, templa.* Melchiſedec templum in Salem extruxiſſe dicitur, à Ioſepho, in quo eſſet Eccleſiæ ſedes primaria, Deique oraculum, de quo fortaſſis Gen. 25. Perrexitque Rebecca, vt conſulueret Dominum. Altaria multa, ſeorſum quinque ab Abraham extructa, Gen 12, 13, 15, 22. vbi quintum in monte Moria, in quo poſtea templum Salomonis. & 23. cœmeterium ab eodem Saræ & poſteritati dedicatum. Altare in Berſabea Iſaac ædificauit, Gen. 26. Iacob in agro prope Sichem à ſe empto, Gen. 33. qui & locum quendam dicat, & vocat Bethel, q. Domum Dei. Gen. 35. idque ex voto, quod nuncupauerat antequàm veniret in Meſopotamiam, 28. *Sacerdotium, publicum miniſterium.* Abrahà, qui ideò animas in Haran feciſſe legitur, Gen. 12. id eſt interpretátibus veteribus Hebræis, verbo & predicætione Deo genuiſſe & conuertiſſe. Melchiſedec, Gen. 14. Iob 1. & 42. præter omnes primogenitos ea authoritate gaudentes. *Sacerdotum benedictiones.* Benedixit Abrahæ Melchiſedec, ibid. Gen. 14. Patrum benedictiones, Gen. 27, 28, 48, & 49. *Oratio publica.* Gen. 35. Conuocata omni domo ſua, abijcite (ait) omnes Deos alienos, mundamini, mutate veſtimenta. Surgite & aſcendamus in Bethel, & faciamus ibi altare Domino. 31. vocat fratres ſuos ad victimas. 46. cum filijs venit ad puteum iuramenti, & pro fœlici deſcenſu in Ægyptum Deo litat. 26. Iſaac deprecatus eſt Dominũ pro vxore ſua, eò quòd eſſet ſterilis. Qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ, quod factum videtur in loco, ad quem poſtea perrexit Rebecca, vt cõſuleret Dominum de ipſo conceptu. ibid. Iob c. 1. & 42. orat pro filijs & amicis publicè, adhibitis holocauſtis. *Traditiones.* Gen, 34. ritus gentis. 18. Abraham præcepit filijs ſuis & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodirẽt viam Domini, & facerent iudicium & iuſtitiam. 26. Præcepta & mandata Domini, & ceremonias, legéſque ſeruauit. Extabant ſcilicet diuinæ quædam leges & ceremoniæ nondum ſcriptæ, ſecundum quas etiam Iacob diſtinxit inter holocauſta, quæ tota comburebãtur, & pacifica, quorum pars in ſacrum epulum apponebatur. Gen. 1. Et Iudas dixit ad Onam filium ſuũ, Ingredere ad vxorẽ fratris tui, & ſociare illi, vt ſuſcites ſemẽ fratri, tuo, eóque mortuo ad Thamar, Eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius. Gen. 38. Nã ea eſt lex, quã ſcripto poſtea Moſes ſanxit, Deut. 25. Et Thamar quaſi filiam Sacerdotis (Melchiſedec) ob fornicationem eſſe comburendam. Nã & eam legem repetiuit Moſes Leuit. 21. Adde, vt traditiones veteris Eccleſiæ per tres ſolos homines deferri potuerunt ad Abraham, videlicet per Adam, Mathuſalem, Noam, ita tertia hac ætate per tres ad Moſem, nempè per Abraham, Iacob & Amram. *Rerum profanarum dedicationes.* Lapis erectus in titulum à Iacob, Gen. 28. ſiue in ſtatuam (Nam ſic exponũt Rabbini, addentes nihil propterea ipſum commiſiſſe contra præceptum, Exod. 20. &

Deut. 16. De non erigendo ſculptili & ſtatua, quin hoc præceptum poſtea fuerit latum pro tempore, ob Gentes effuſius ad idololatriam ruentes. Vide R. Iſaac in 20. Gen. & 18. Leuit.) Titulus lapideus, vel potius ſtatua lapidea, in loco quem vocauit Bethel. i. Domus Dei, fuſo oleo, & libatis libaminibus, 35. Locus nuncupatus *Mahanaim*. q. caſtra Dei, Gen. 32. Alius Phanuel q. facies Dei. Ibid. Virga Ioſeph, cuius faſtigiũ adorauit Iacob, Heb. 11. *Pœnitentia & eius actus*. Iob. 1. Sacrificia pro peccatis. 42, Propter ſtultitiam pœnitentiam ago in fauilla & cinere. Socij Iob eam inculcant per totum illum librum. *Vota*. Gen. 28. vbi & Decimarum perſoluendarum profeſſio. *Delectus ciborum*. Abſtinentia ab immundis animalibus, vt ſuperiore ætate. Aneruo fæmoris, quòd in eo fuiſſet percuſſus Iacob ab Angelo, indèque claudicaſſet, Gen. 32. *Sanctorum vis & preces*. Iob. 33. Si fuerit pro homine Angelus loquens vnus de mille, vt annuntiet hominis æquitatem, miſerebitur eius (Deus) & dicet, Libera eum vt non deſcendat in corruptionem. 5, Ad aliquem ſanctorum conuertere. quod Rabbini vulgò exponunt de Angelis, & interroganter legunt, Ad quemnam Sanctorum conuerteris? Gen. 48. Angelus qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis, & inuocetur ſuper eos nomen meum, nomináque patrum meorum Abraham & Iſaac. 28, Scala Iacob Hebræis ſcala eſt prouidentiæ Dei, in qua Angeli aſcendunt & deſcendunt. Aſcendunt ad offerendas Deo noſtras preces, adiuuandas & commendandas, deſcendunt ad nos iuuandos & tuendos. Gen. 35, Rachelem Iacob ſepeliuit in Bethlehem, non in ſpelunca duplici cum alijs Patriarchis, vt illic oraret pro poſteris, eſſétque loci patrona, R. Selomo, Hier, 31,



è ſapientum veterum ſcriptis, quemadmodum per totam terram ſanctam diſperſæ fuerunt diuerſorum ſanctorum reliquiæ & ſacri cineres. Eccleſiaſtici 49, Oſſa Ioſeph viſitata ſunt, & poſt mortẽ prophetauerunt: quaſi ad illa ederentur miracula, vt de Eliſæo dixit, 48. Mortuum prophetauit corpus eius, & à morte mirabilia operatus eſt. Nam Hebræis prophetare, eſt diuina vel dicere, vel facere. *Cura mortuorum*. Sepultura, funebres exequiæ, officium funeris, ius ſepulchri, & cœmeteriorum, tituli ſepulchrales, Gen. 23, 25, 35, 49, & 50. vbi celebratur dies quadrageſimus, item ſeptuageſim⁹, denique exequiæ ſeptem dierum. Gen. 49, Præcepit eis dicens, Sepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici, quæ eſt in agro Ephron Hettei contra Mamré in terra Chanaan, quam emit, Abraham in poſſeſſionem ſepulchri, Ibi ſepelierunt eum, & Saram vxorem eius. Ibi ſepultus eſt Iſaac cũ Rebecca coniuge ſua: ibi & Lia condita iacet. 47, Adiurat Ioſephum, dicens, Ne ſepelias me in Ægypto, ſed aufer me de terra hac, condaſque in ſepulchro maiorum meorum. 50, Iacob fodit ſibi ſepulchrum, dum adhuc viueret. Act. 7, Tam ipſe quàm reliqui patres noſtri tranſlati ſunt (ex Ægypto) In Sichem, & poſiti in ſepulchro, quod emit Iacob (Gen. 33.) pretio argenti à filijs Emor. Gen. 50, & Heb. 11, Oſſa ſua moriturus Ioſeph commendat filijs Iſraël: vnde & ea ſolenniter Moſes poſt quadringentos annos Exod. 13. transfert, tandiu conſeruata in loculo ſiue arca cum aromatibus, Ibid. 50. Quæ eſt quædã reliquiarum tranſlatio. *Preces pro defunctis*. Poſt matrem defunctam Iſaac exit in agrum ad orandum (ſic enim habetur in fonte) Gen. 24. Quod & officium funeris ante inhumationem, & exequiarum per

multos dies celebritas infert, 23. & 50. *Iudicium futurū.* Iob. 11. Quid faciā cùm ſurrexerit ad iudicādum Deus, & cùm quæſierit, quid reſpondebo ei? 33. Iudicaberis coram illo, expecta eum. Nunc enim non infert furorem ſuum, nec vlciſcitur ſcelus valde. 34. Elihu Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias ſingulorum reſtituet eis *Vita æterna, reſurrectio.* Gen. 47. & alibi, Patres vitam ſuam vocabant peregrinationem, quaſi patriam ſe alibi habere crederent. Expectabant enim fundamenta habentem ciuitatem, id eſt, cœleſtem. Heb. 11. Iacob ſalutem Dei ſe expectaturum in ſepulchro confitetur Chriſtum profeſſus, Gen. 49. Iob etiam reſurrectionem carnis prædicat, c. 19. &c. *Supplicium æternum.* In Iob ſæpius. Ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplum eorum, qui impiè acturi ſunt, ponens; 2. Pet. 2. Sodoma & Gomorrha & finitimæ ciuitates abeuntes poſt carnem alteram facti ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes. B. Iuda in Canonica. Denique liber Iob tempore legis naturæ ideò videtur ſcriptus, vt ſupereſſent monumenta veteris Eccleſiæ, eiuſque fidei, doctrinæ, religionis, rituum & ceremoniarum ab omni antiquitate repetitarum, per quæ ad legem Moſis tandem peruentum eſt, dum antiqua illa pietas & virtus ſenſim in mortalibus collaberetur. Nam abundè & hos & alios Religionis articulos & capita continet, perſpicuéque indicat.



| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | ÆTAS QVARTA, ſiue<br><br>Legis & Iudicum, Deorum & Heroum,<br><br>Ab exitu de Ægypto ad quartum annum Salomonis, ſiue iacta Tēpli fundamēta, anni 480. vt & numerantur, 3. Re. 6.<br><br>*Quod per ſeriem Iudicū ſic illuſtratur.* | |

*Inſigniora ætatis quartæ.*

Lex contra Idololatriá omnia occupãtem, & peccatum vbique regnãs pro tempore inducitur, quæ tamen vix vnicum populum retinere potuit in primo & vero Dei cultu & obedientia.

Tribus ætatibus legis naturæ tres legis moſaicæ ſiue ſcriptæ ſuccedunt. Indeque ætas Chriſti ſiue nouiſſima.

Idololatriarum & peregrinarum religionum confuſio.

Deorũ & Heroum exortus.

Sapientiæ profeſſio apud Ægyptios, Chaldæos & alios Orientales.

| | | anni mundi. |
|---|---|---|
| deut. 1. & 29. | 1 Moſes [a] populi ex Ægypto educti Rempub. in deſerto adminiſtrauit, an. 40. | 2669 2705. |
| | 2 [b] Ioſue an. 18. | 2717 |

[a] In deſerto Arabiæ legẽ à Deo datã accipit, & Remp. Iſraëliticã inſtituit: omnibus externis ſcriptoribus antiquior.

Cecrops Athenas condit.

[b] Iordanem traijcit, Chananæam ſubigit, eiectis in Germaniã & Africam eius incolis, Chananæis, Amorrhæis, Hettæis, Heuæis, Gergeſeis, Iebuſæis, & Phereſæis, eamque nouem tribubus Iſraëlitarũ diuiſit. Nam tres reliquæ trans Iordanem ſuã partem fuerant à Moſe conſecutæ. Tribui Leui, quæ erat decima tertia, quod ei Deus ſacra mandaſſet, vrbes 48. per totã regionẽ reliquit.

[c] Iudices inſtituuntur, quod Iſraëlitæ vexarẽtur à vicinis regibus, & populis Meſopotamiæ, Syriæ, Ammonitis, Moabitis, Madianitis, Chananæis, Philiſteis, Arabibus.



| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| Iud 3 | 3 [c] Otoniel, an. 40 | 2767 |

Magicarum artium vſus maximus, Balaã, Chananei, Magi Pharaonis, Oſtanes & Aſtampſyci, in Perſide, Chaldæi in Babylonia.

Fabulæ Græcorum de artium & rerum inuentionibus.

*Bella*, Chanaan & finitimarum Gentium, Paleſtinum, Indicum per Bacchum, Colchicum, Lapitharum & Centaurorũ in Theſſalia, Amazonũ & Thebanorũ, Troianum, Latiũ, Peloponneſiacum.

*Regna noua.* Troianorũ per Dardanum, Argiuorũ per Inachum, Atheniẽſium per Cecropem, Latinorum per Ianum, Iudæorũ per Saulem, Gallorum per Galaté, Scytharum per Taigyrum, Pelopõneſi per Pelopé, Theſſalorum per Theſſalum, Albanorũ per Æneam.

*Illuſtres.* Cecrops, Inachus, Minos, Siſyphus, Heraclidę, Argonautæ, Deucaliõ, Cadmus, Melãpus, Amphiara⁹, Tages, Xamolſis, Eumolpus, Promethe⁹, Chiton, Dædalus, Amphion.

*Principes.* Bellerophõ, Perſeus,

| | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| Ibid | 4. d AIOD ambidexter cũ interregno, an. 80. | 1847. | d AEtas Deorũ hinc deinceps. |
| Iud 5 | 5 e DEBORA & BARAC, an. 40. | 1887. | e Prior prophetiſſa poſterior de numero Sãctorum veteris Teſtamenti, Heb. 11. |



| | | | Anni mundi. |
|---|---|---|---|
| f cum trecentis duntaxat militibus, Madianitarum & Amalechitarũ 120. millia cæcîdit, & quindecim cepit, fide nobiliſſim⁹, Idolorũ inſectator | Iud. 8 | 6 f GEDEON an. 40. | 2427. |
| g vixit, & interijt, vt notho eſt conſentaneum. | 9. | 7 g ABIMELEC eius nothus, an. 3. | 2930. |

Theſeus, Hercules, Cyniras Cyprius, Atlas Rex Mauritaniæ, Æolus Siciliæ, Alcinoüs Phæacum, Telephus Mœſiæ, Seſoſtris Ægypti.

*Pontifices*, Aarõ, Eleazarus, Phinees, Abiſue, Bocchi, Zaraia ſiue Ozi, Heli, Achitob, Achimelec, Ioiada, Abiathar.

*Prophetæ & doctores*, Moſes, Aaron, Maria, tres filij Choræ, Eldad, Medad, Debora, Samuel, Dauid, Nathan, Gad, Aſaph, Heman, Ieduthun, Hierophile Sibylla Græca, quæ & Artemis, Erythræa, Eliſa Sybilla Lybica, Mãto Theſſalica, Ita-

lica ſiue Cumæa, Sarbis, ſiue Caſſandra, Aſiatica ſiue Phrygia.

*Concilia* duo. 1. in Sichem Eleazaro Pontifice, Ioſue Iudice, ſenioribus aſſidẽtibus. 2. Hieroſolymis, Sadoc & Abimelec Pontificibus, Gad & Nathan Prophetis, Dauide Rege.

*Scriptores* ſacri. Moſes, filij Zare, Ethan & Hemã, tres filij Choræ, Aſer, Helcana, & Abiaſaph, Ioſue, Samuel, Dauid, Nathan, Gad, Ieduthun, Aſaph.

*Profani*. Orus magn⁹, indeque Ægyptij ſacer-

| | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| 10. | 8 Thola. an. 23. | 1953. | h Habitauit in Sanir mõtis Ephraim. Nam principatus nõ erat alligatus certæ ciuitati, vel tribui. |



| | | | Anni mundi. |
|---|---|---|---|
| Hæc ætas deſcripta eſt quatuor vltimis libris Moſis, Commẽtarijs Ioſue, Iudicũ, Samuelis, Ruth, primi Paralipomenõ, Pſalmis, Cabbala, Traditionibus Synagogæ, Talmud, Seder Olam, & Rabbinorum ſcriptis. | 10. | 9 i Iair an. 22. | 1975. |

dotes & Hierophãtæ, Cecrops, Cadmus, Phœnix, Eumolpus prim⁹ verſificator, Tyreſias, Zamolſis Scytha, Promethe⁹, Atlas, Chiron, Minos, Olenes, Lycus, Pamphus, Linus, Orpheus Amphion, Muſæ⁹, Palamedes, Coruinus Ilienſis, Phillammõ, Thamyras, Demodocus, Epimenides, Ariſteas, Iſalis, Asbolus, Drymõ, Euclys, Protenidas, Dionyſius Argiuus, Dictys Cretenſis, & aliquot alij, ſi Græcis credere fas eſt. Carmenta Euandri mater

| | | | Anni mundi | |
|---|---|---|---|---|
| *Heretici.* filij Ephraim, Iannes & Manres. | 11. | 10. [k]IEPHTE an. 6. | 2981. | k Ex omnib[9] nothis hunc ſolum Scriptura laudat. |
| | Ibid. | | | |
| *Schiſmatici* Core, Dathan. & Abyron. | | | | |
| *Caluinitæ* cum Core & æmulis Schiſmatis eundem habent ſpiritum. | | 11. [l] ABESAN an. 7. | 2988. | l Tranquillitate delectatus Ammonitas trans Iordanē Iudæis imperitantes non tentat. Poetæ Græci hîc incipiunt |
| | Ibid. | 12. [m]AHIALON, an. 10 | 2998. | m Huius virtute videtur tyrannis Ammontarium in Iudæos trans Iordanem deſijſſe. |

4.filios



| | | | Anni mundi. |
|---|---|---|---|
| 40. filios & 30. nepotes, viros ſtrenuos, ātequā moreretur, ſepelijt. | Ibid | 13 [n]ABDON an. 8. | 3006 |
| Heroïca tēpora. o Herculis, qui his temporibus extitit, vires è Samſonis robore pingūt | Iud. 16. | 14 [o]SAMSON an 20. | 3026 |
| Troia capta. p In politicis etiam præfuit, nemine Ducatū vel Iudicatum poſt Samſonem exercēte. | 1Re. 4. | 15. [p]HELI iudex, idemque ſacerdos, an. 40. | 3066 |
| q Prophetarū collegia & ſucceſſio. | Act. 13. | 16 [q]SAMVEL & SAVL ſimul regnarunt, an. 40 | 3106 |

| | | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| Cætera lib. 1 Chronograph. à pag.30. ad 57. | 3. Reg. 5. 1. Par. 3. & 29. | 17. [1] DAVID imperauit an. 40. | 3146 | [1] Regiam & Pontificiam ſedē Hieroſolymis poſuit. Eò arcā fœderis detulit. Remp. ac religionē cōſtituit, bella vicinorum proſperè cōfecit, regnū ad Euphratē vſque propagauit. |
| | 3. Reg. 6. | 18. SALOMON templum ædificare cœpit regni ſui an. 4. | 3150 | Archontes Athenis regibus ſuccedunt. |
| | | Summa an. 480. vt & 3. Reg. 6. | | |



## *Doctrinæ & Religionis continuatio.*

QVARTA ætate ſacra doctrina & vetus religio non modò perpetuatur, verùm etiam mirè illuſtratur, amplificatur & creſcit. Nam lex data pro remedio quodá aduerſus falſas religiones & Idolomanias omnia obruentes. *Vnitas Dei*. Exod. 20. Non erūt tibi Dij alij coram me. Deut. 6. Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt. 32. Videte quòd ego ſolus, & non ſit alius Deus præter me. 4. Dominus ipſe eſt Deus, & nō eſt alius præter vnum, &c. Quod repetit Dauid Pſ. 17, 81, 85, &c. *Trinitatis myſterium*. Deut. 4. ſecundum literam Hebraicam. Quænam eſt gens, quæ habeat Deos tam propinquos ſibi. 5, Audiuimus (inquit populus) vocem Deorum viuentium, qui de medio ignis loquitur. 10, Dominus Deus veſter ipſe eſt Dij Deorum, & Domini Dominantium. Ioſ. vlt. Non poteritis ſeruire Domino, quoniam Dij ſancti eſt. 2. Reg. 7. Iſraël gens in terra, propter quam iuerunt Dij, vt redimerent ſibi eam, ad quod explicandum, 1. Par. 17, ſcribitur, Iuit Dij. Pſal. 11, Rectum viderunt vultus eorum (πρόσωπα, perſonæ & hypoſtaſes) quod R. Iaphet, citante Abben Ezra, cum ſimilibus locis confert, ad myſterium Triadis illuminandum 54, & 16, Dominus eſt ſuſceptores mei, Dominus eſt adiutor mei. 58, vtique ſunt Dij iudicantes in terra. Pſ. 29, Tribuite Domino filij Deorum, tribuite Domino gloriā. 89, Quis aſſimilabitur Deo in filijs Deorū. i. in angelis à Patre, Filio, & Spiritu ſācto procreatis. 47, Dij fortes terræ vehemēter ele-

uati ſunt. 136, Confitemini Dominis Dominorum. 149. Lætetur Iſraël in factoribus ſuis. Præter infinita alia huius arcani ſemina, in quib⁹ paſſim per totã Scripturã Deus nũc forma & numero ſingulari, *Ia*, *El*, *Elion*, *Eloah*, *Adon*, יהוה ob ſingularitatem vnitatemque eſſentiæ, nunc plurali *Elohim*, *Saddai*, *Adonai*, *Elim*, *Elohe Tſebaoth*, propter pluralitatem ſiue ternionem perſonarum vocatur & inuocatur, in quibus etiam ſeorſim *Dei filius & Spiritus ſanctus* inſinuantur. Exod. 33, Dei filius Moſi, Ego oſtendam (ait) omne bonum tibi, & vocabo nomen Domini (i. Patris) coram te: & alibi, Aſcende ad Dominum (i. Patrem) in montem. Quin & Deus ipſe, Exod. 23. attribuit angelum Iſraëli, vt eum obſeruet, eius vocem audiat, & intra ſe nomen ſuum Tetragrammaton habeat. Mitatron Cabballici appellant, mira de eo narrantes, vt Elias in ſuo Tisbi attingit. Ieſum Apoſt. Iuda & Paulus, 1. Cor. 10. quem ſcribunt Iſraëlitas ex Ægypto eduxiſſe, & in terram ſanctã introduxiſſe. Pſ. 44, 96, 102, 109, &c. de eo ſunt toti, ſed nec Pſal. 2. à filij vocabulo abſtinet, &c. Quantum ad *Spiritum ſanctum*, Exod. 35, Impleuit eum Spiritus Dei. Num. 11, Super Eldad & Medad requieuit ſpiritus Domini: vbi Targhum Hieroſolymitanum, ſuper eos inſederat Spiritus S. Pſal. 50, 139. 143, &c *In Chriſtum fides, eiuſque expectatio*. Deut. 18, Suſcitabit vobis Prophetam, &c. Num. 24. Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſraël: vbi Onkelos Caldæus, Et magnificabitur Meſſias. Exod. 12, Nox iſta eſt obſeruabilis Domini, quando eduxit eos de terra Ægypti: vbi Targhum Hieroſol. Moſes eduxit de medio deſerti, Rex autem Meſſias de medio Romani exilij. Hic quemadmodum ille, loquetur in ſummitate nubis. Verbum au-



tem Domini loquitur inter vtrumque ipſis pariter ambulantibus. Hæc eſt nox Paſchæ, &c. Num. 11. Eldad & Medad vaticinantur in deſerto: nempè de Chriſto, Gog & Magog ex eodem Targhum. Num. 24, efferetur regnum eius. Targhum idem, & magnificabitur regnum ipſius Regis Meſſiæ. De quo & complures Pſ. vt, 2, 21, 44, 68, 71, 88, 108, 109, 131, &c. 2. Reg. 7. Præterea articulus fidei Iudæorũ 12, vbi illi: Eſt neceſſe (inquiunt) credere in Meſſiam, eum amare, orare pro ipſius aduentu, quemadmodum nunciatum eſt per os Prophetarum omnium ab ipſo Moſe ad vſque Malachiam. Quicunque enim de eo apud ſe dubitat, mendacij arguit vniuerſam legem, quæ Meſſiã ſperare certò iubet in ſectione Balaam (Num. 24.) & in ſectione, Vos ſtatis hodie (Deut. 29 & 30.) Denique caput Helec in Talmud tractatu Sanedrin, & cap. 11. Maiemonim. *figuræ*, per totum Leuiticũ & Ioſue, per totã hiſtoriã Samuelis & Nathan. i. primi & ſecundi Reg. itẽ in crurifragio, extenſione manuum Moſis in crucis formam, ſerpente aheneo, arca, quæ crux erat contracta, Exod. 12, Num. 9, 19, 21. Deut. 28, 32. *Sacerdotium externum, publicum miniſteriũ, & eius varij ordines*, Exod. 29, 1. Par. 6, 9, 23, 24, 25, 26, quibus capitibus Leuitæ diuiduntur in ſacerdotes, doctores, iudices, ſiue diaconos, cãtores ſiue pſaltas, ianitores, denique theſaurarios ſiue ſacriſtas. Deut. 17. & 18. Totus denique Leuitic⁹. *Benedictiones ſacerdotũ*. Pſ. 117. Cuius rei formula concepta eſt, Num. 6. Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te. Oſtẽdat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Conuertat Dominus vultum ſuum ad te & det tibi pacem. Vbi Hebræi ſex neceſſariò requiri docent. 1, vt proferatur lingua ſancta. 2, vt ſtando fundatur. 3, vt alta voce pro-

nuncietur. 4, vt manus attollant ſacerdotes. 5, vt verſus populum, vel eum qui benedicitur, faciem habeant. 6, vt fiat in nomine Dei Tetragrammato. Atque hæc quidē in tractatu Talmudico Bircath Cohanim, & prima parte Maiemonim, c. 14. pag 49. Verùm ſeptimum adde, nempè trinam repetitionem nominis Domini, ſiue Tetragrammati, & formam ſententiæ atque diſtinctionem, in qua Pater, Benedicat, & cuſtodiat, Filius, oſtendat faciem ſuam & miſereatur. Spiritus S. conuertat vultum ſuum, & det pacem. Nam hæc trina replicatio erat expreſſa inuocatio S. Trinitatis. *Veſtes religioſa, & ornamenta ſacra*, Exod. 28, 39, 25, 26, 27, 30, 33, 36, 37, 38, 40. *Sacrificia cruenta* in typum paſſionis Chriſti, per multa capita Leuitici, multorū generū, Holocauſtum, hoſtia pro peccato, hoſtia pro delicto, ſacrificium pacificū, votiuū, ſpontaneum, Toda, ſiue confeſſionis ſiue laudis, Agnus Paſchalis, *Incruenta*, in quibus nulla erat effuſio ſanguinis ſiue iugulatio, in typum Euchariſtiæ, Ibid. c. 2. & 7. libamina in liquidis, præſertim vino, Num. 6. & 29. Menahoth in aridis, præſertim ſimila. i. ferta, farinacea ſacrificia, multorum generum, vt panes azymi, pugillus ſimilæ oleo perfuſus, lagana azyma cocta in clibano, & oleo perfuſa, lagana frixa in ſartagine, lagana toſta in craticula oleóque condita, ariſtæ ex primis & virentibus adhuc frugibus decerptæ leniter ad ignem vſtulatæ, in farris modum confractæ thuréque tectæ. Sex hæ ſpecies Leu. 2. quorum myſterium concipiens Dauid, *Euchariſticum* delicatum edulium & animas ſaginans promittit, Pſal. 21, 22, 71. etiam è Rab. Moſe Haddarſan, R. Simeon auctoris Zoar, & veterum aliorū Talmudicorum & Rabbinorum interpretatione. *Signa fidei ſiue ſacramenta*. Circumciſio, Exod. 12, Leuit. 12, Deut. 10, Ioſ. 5. *Pœnitentia, & eius opera*, Sacrificiū pro peccato, Leuit. 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 12. 14, 15, 16, 19, 23. Num. 5, 6, 7, 8, 9, 12, 14, 15, 16. 18, 19, 29. Hoſtia pro delicto iiſdē ferè locis Leuit. & Num. *Confeſsio* autem peccatorum, Leuit. 5. & Num. 5. *Purificationes & Baptiſmata*, vt lauacra, ſanguinis aſperſio, aqua luſtralis, Exod. 12, Leuit. 14, Num. 19, &c, Hinc Exod. 19. v. 10, Moſes iubetur triduo ante legem dandam populum ſanctificare cotinentia ab vxoribus, veſtium lotione, &c. *Loca religioſa*, Tabernaculum, templum portatile & motorium, Exod. 25, 26, 33, 40; Num. 7. fixum in Silo, Ioſ. 18. Sacella multa in excelſis, in quibus arca Domini ſteterat, 1. Reg. 4, 7, &c. Tentorium nouum arcæ à Dauide ædificatum, 1. Par. 15, & 16. Excelſum Gabaon, 2. Par. 1. In Bethel, 1. Reg 10. Altaria holocauſti & incēſi, Exod. 25, & 30. *ſacræ imagines*, Cherubim duo aurei, iuuenili forma hærentes propitiatorio, Exod. 25, 18, & ſeq. Velum cōtextum Cherubis, & cortinæ formis Cherubinis ſparſæ. Exod. 26, & 36. vbi noſter interpres, pulchra varietate diſtinctæ. Serpens aheneus, Num. 21. Teraphim Dauidis, quaſi lares & penates, 1. Reg. 19. Vexilla tribuum, 2. Num. è quibus quatuor prima intextas habebant figuras quatuor ſanctorum animalium, hominis, leonis, bouis, aquilæ, de quibus Ezech. cap. 1. & noſter Ioānes in Apoc. Kimhi in ſecretioribus Commentarijs in Ezechielis Quadrigā. Quare preceptū, Exod. 20, de nō faciēdo ſculptili neque vlla ſimilitudine, tribus modis exponūt Rabbini. Primo intelligi de Idolis, vt R. Iaphet, & auctor Mechilta, citāte R. Leui, Exod. 20, aut de imaginibus cæleſtibus 48, vt R. Selomo, R. Abrahā ibid. & ipſe Kimhi Pſ. 97 neque cōprehēdere Cherubos, & ſi-

milia ſacra ſimulachra. Secũdo eſſe præceptũ, quantũ adceremoniã pro tẽpore ob abuſionẽ Gentiũ effuſè in idololatriam ruentium, ideoque non obligaſſe antiquiores Patres, vt Iacob, 28. & 35. Gen. Sic R. Iſaac Gen. 20. & 18, addens Magiſtros hoc docere in illud Deut. 16. Non facies tibi neque eriges ſtatuam, quam odit Domin⁹. Tertio, Nõ adorabis, neque coles ea, eſſe præcepti modificationem, nec niſi eius quod dixit, Nõ facies tibi ſculptile, aut vllam ſimilitudinem, expoſitionẽ. Sic R. Ioſeph Albo lib. 1. c. 14. quod confirmatur verſ. 1. cap. 26. Leuit. vbi immutatur loquendi formula. Non facies, &c. vt adores ea. Sic & noſter Tertull. lib. 1. contra Marcionem. *feſta*, Sabbatum, Exod. 16. 20, 31. Leuit. 16, 19, 24, 25. Deut. 5. Neomeniæ, Num. 28. præter quæ quinque erant feſta legalia, Leuit. 24. Num. 28. & 29. Paſcha videlicet octo dierum in memoriam liberationis Ægyptiacæ, Pentecoſte ſiue feſtũ Meſſis ſiue primitiuorum. i. nouarum frugum, Num. 28. octo diebus in memoriam datæ legis. Feſtum Tubarum in recordationem vocationis populi in Abraham, Leu. 23. Num. 29. Tabernaculorum, ſiue feſtum collectionis (fructuum & vuarum) ad recolendum beneficia in deſerto exhibita, octo diebus. Dies expiationis: Leuit 16. Quibus acceſſerunt feſtum dedicationis Tabernaculi, Exod. 40. Planctus filiæ Iephtæ die anniuerſario, Iud. 11. *Religioſorum vita & vota.* Nazarei vtriuſque ſexus, Num. 6. quorum leges ſequitur Samſon, Iudic. 13. & 16. Samuel, 1. Reg. 1. Virginum conſecratio, Iud. 11 in filia Iephtæ iuxta Rabinos. Prophetarum cœtus præſidente Samuële, 1. Reg. 19. De reliquis votis, Num. 30, & Leuit, 27, Deut. 23, quæ quando redimi poſſent, docet Ioſephus lib. 4 Antiq. c. 4. *ſanctorum vis & preces.* Exod. 32, 33. Recordare Abraham,



Iſaac & Iacob, quibus iuraſti per temetipſum. Præſidij Angelorum crebra mentio in Moſis lege & Ioſue, Iudicumque hiſtorijs. Nomina 12. Patriarcharum in pectorali ſummi Pontificis & inter ſolennia ſacra, &c. *Reliquiæ.* Tranſlatio oſſium Ioſeph, Exod. 13. in Sichẽ, Ioſ. 24. quæ & prophetarunt, Eccl. 49. Tranſlati etiã ſunt cineres vndecim reliquorum patrum in Ægypto mortuorum, Act. 7. Poſuitque Manna Aaron in Tabernaculo reſeruandum, Exod. 16. verſ. 34. In arca reponitur aſſeruanda vrna aurea habens Manna, & Virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti, Heb. 9. & amygdalæ virgæ Aaronis atque flores, & lenticula olei vnctionis, & capſella, quam miſerant Philiſtim munus Deo Iſraël, è Talmudicis in tractatu Ioma, & R. Moſe 1. parte Maiemonim, pag. 453. *Ieiunium*, duorum generum: vnum coactum, legéque præſcriptum Eccleſiaſticis reſpõdens. *Onaſim* vocant, i. coactionum, Leu, 16. ieiunium ſcilicet expiationis decima die menſis Septembris, ad quod ſequentibus ætatibus multa adiecta ſunt, Zach. 8. & in Calendario Hebræorum. Alterum voluntarium, obligans duntaxat poſt votum, Num. 30. v. 14. Pſ. 34, 68, 108, *Konaſim* appellant. i. punitionũ & abſtinentiæ, quibus ſcilicet punitur corpus, vt cũm quis vouet ſe abſtẽturum à vino, vel carnibus. Num. 6, &c. Quin & *Quadrageſimæ* exemplum à Moſe bis, & iuxta aliquos Rabbinos ter, tot dies ieiunante, relictum, Exod. 24, 34, Deut. 9. Inde enim deinceps 40. diebus pro ſuo modulo multi ieiunarunt, abſtinentes à carnibus & vino, in Itinerario R. Benjamin. *Delectus ciborum*, præter abſtinentiã à morticino, ſuffocato, ſãguine, neruo fœmoris, Leuit. 11, Deut. 14. Hec ſunt animalia, quæ comedere debetis, hæc quæ nõ comedere, de animantibus ſiuẽ terræ, ſiue aquæ ſiue, aëris, Nũ.

6 Qui ſe voluerint Domino cõſecrare, à vino & omni quod inebriare poteſt, abſtinebunt, ab aceto, & quolibet de vua expreſſo, ab vuis recentibus, ſiccis, paſſis, 30. verſ. 14 Votum per ieiunium & cæterarum rerum abſtinentiam, vt etiam exponunt R. Abraham, & alij Rabbini. *Cura mortuorum, pro eis preces, Purgatorium.* Aaron ſtat cum thuribulo inter viuos & mortuos. Dauid ieiunat & parentat Sauli & Ionathæ, 1. Reg. vlt. Oblationes, de quibus Exod. 25, ad temporarias ſæculi vẽturi pœnas relaxãdas valere Zoar, docet in ſectione Teruma. Rakanati, Leuit. 21, illud, 1. Reg. 2, deducit ad inferos & reducit, de certo inferorum loco intelligendum docet, è quo purgatæ animæ emergant, per ventrem ceti ſiue balenæ figurato, Ion. 3. (vt & alij per refugij ciuitates, Nũ.) non de Seol tahtiioth (inferno inferiore) ſiue Abaddon (perditione.) Imò verò vetuſtiores Hebræi in Talmud c. hazahab (aurum) in tract. Baba Metſia (porta media.) Nam paſſim ſeptem inferni mãſiones cõſtituunt, è quarum alijs eſſe exitum, ex alijs non eſſe docent: reliqua in 13. articulum Symboli ſui Rabbini docent, nempè Purgatorium eſſe pro fidelibus conſtitutum, vt luant quidem pœnas pro grauitate peccatorum ſuorum vi haietſer. i. fomitis & cõcupiſcentiæ commiſſorum, poſtea tamen partem futuri æui obtineant, cùm heretici, infideles, Epicurei & truncatores plantationum (i. piarum patrum traditionum) ſint in æternum perituri. *Traditiones.* Articulus eſt octauus Symboli Iudæorum, ab eodem Moſe proceſſiſſe duplicem legem, vnam ſcripto (Biktab) alteram traditione (Beal-pè, q. per os) & vtramque obligare æqualiter: perueniſſe autem ad poſteros, per Ioſuam & Seniores ad Prophetas & Sacerdotes, indeque ad Scribas & Phariſæos, de qua ſcriptum ſit, 1. Par. 4. Hec autem ſũt verba vetera. Sic enim appellari Maſoreth (traditionem) ſiue Cabballam (acceptionem & doctrinam maiorum ſine ſcripto) docet Kimhi, quam poſt captiuitatem ſuſcitarit Ezras. Atque hinc perpetuò Dei cultum fuiſſe conſeruatum apud ſuos de Tabernaculis, palmis, tubis, fimbrijs, ieiunijs, ſacrificiorum ritibus, Eccleſiaſticis indumentis, & conſimilibus, minimè lege ſcripta expreſſis, pro quibus pugnat contra hæreticos *Karaim* (i. Biblicos, ſolam ſcripturam recipientes) R. Abraham Leuita in ſua Cabbala. *Vita æterna, iudicium extremum.* Paſſim in Moſe & Pſalmis, pro quorum compendio eſto illud R. Moſe ben Nahaman, & Rakanati, Leuit. 21. pag. 154. Scito eam animæ Cerithuth. i. exciſionẽ, de qua paſſim Moſes magnam ſpem facere immortalitatis animorũ, mercedis ac præmij futuri. Nam quod ſæpè Dominus, Excindetur, ait, anima illa de medio populi ſui, vel excindetur anima ipſa à facie mea, oſtẽdit eandẽ ipſam, quæ peccauerit, ob peccatum exſcindi: reliquas, quæ non peccarint, ſe coràm in ſublimi luce & ſplendore victuras. Hoc tu intellige. *Reſurrectio* autem carnis eſt decimus tertius articulus eorum Symboli, crebróque à Dauide pingitur. Cæteri articuli de fide, operibus, prædeſtinatione, iuſtificatione, etiam controuerſi inter nos & Caluinitas abundè illuſtrantur à ſcriptoribus ſacris huius ætatis, Moſe, Ioſue, Samuel, Nathan, Dauid, eauctore primi Paralipomenõ, & alijs, ſi qui ſint.

| | | | Anni mundi | |
|---|---|---|---|---|
| | | ÆTAS QVINTA, ſiue Regum & Prophetarũ, à tẽpli fundamentis ad captiuitatẽ Babylonicã, an. 419. menſ. 6. | 3150 | |
| | | *Quod ſic per Regum perennem ſucceſsionem docetur.* | 3150 | |
| *Inſigniora ætatis quintæ.* | AEtas quinta. | | | |
| Variorũ mundi Principatuũ & Rerum public. cõſtitutio. | 3. Reg. 11. 2. Par. 2 | 1 a SALOMON regnat adhuc an. 36. | 3186 | a Templum Dei Hieroſolymæ conſtruxit, Arcam fœderis |



| | | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| in illud trãſtulit, pacẽ coluit, ſub canitiem à mulieribus peruerſus eſt. Reſipuiſſe tamen fertur. Aliud ſcire, aliud ſapere. | | | | Vrbes multæ in Græcia, Aſia, Sicilia, Ionia, Hiſpania, Gallia, &c. condũtur. Per mare Mediterraneũ variæ populorum incurſiones, nunc à Caribus, modò à Phrygibus, Phœnicibus, Rhodijs, Lesbijs, &c. |
| b Parũ pius: ad extremũ regnum in duo diuiſũ, Iudæ & Iſraël, ſiue duarum tribuũ & decem. | 2. Par. 13. | 2. b ROBOAM an. 17. | 3203 | indéque peregrinæ in Europam coloniæ. |
| Seſac Rex AEgyptiorũ Hieruſalem cepit & diripuit. | | | | Græci, Latini, Europæi denique adhuc barbari. |
| c Vtcũnque pius. | 3. Reg. 15. | 3 c ABIA, an, 3. | 3206 | Numerandi Æræ ſiue principia apud exteros, vt Aſſyrios, Græcos, Romanos. |

Superiorũm inuentionibus multæ apud Græcos & Latinos adijciuntur, vel ad eos potiꝰ ex Ægypto & Oriẽtalibus populis deferũtur.

*Bella* naualia Thracum, Rhodiorũ, Ionum, Mileſiorũ, Phrygum, Carum, Phœnicum: terreſtria, Æthiopum, Ægyptiorum, Iſraëlitarum, Iudæorũ, Syrorum, Aſſyriorũ, Lacedæmoniorum cõtra Meſſanos, &c.

| | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| Ibid | 4 d ASA an. 41. | 3247 | d Pius initio, peccauit ad extremum, dum ſe fulſit præſidio & fœdere Regis Syriæ: item dum in ſuo morbo non requiſiuit Deum, ſed medicos. |
| 3. Reg. 9. | 5 e IOSAPHAT, anno. 25 | 3271 | e Pientiſſimꝰ. Remp. & religionem reformauit, finitimos ſolo nominis terrore in officio cõtinuit. |
| 4. Reg. 8. | 6 f IORAM, an. 8. | 3280 | f Impius. Quare poſt cladem ab Arabibus acceptã inglorĩꝰ perpetuò, morbiſque pluribus & grauiſſimis vexatꝰ vixit. |



| | | | anni mundi. |
|---|---|---|---|
| g Impius, Proinde in prælio aduerſus Iehu cum Ioram rege Iſraël iugulatus eſt. | Ibid | 7 g OCHOSIAS, an. 1. | 3281 |
| h Filios Ochoziæ regis nepotes ſuos interemit, præter Ioam infantem, ſéque in omnibus iniquiſſimè geſſit, vt Achabi & Iezabelis filiã decuit, donec à Ioiada ſacerdote populo incitate de medio tolleretur. | 4. Reg. 16. | 8 h ATHALIA regina, an. 6. | 3287 |
| i Principio pius, ad extremũ impiꝰ, adulatione Principum | 4. Re. 12. | 9 i IOAS, an. 40. | 3327 |

*Regna noua.* Iuda & Iſraël, per Roboã & Hieroboam, Macedonum per Caranum, Romanorum per Romulum, Aſſyriorum per Sargonem vel Phul,

Lydorum per Ardiſum, Babyloniorũ per Merodac, Medorũ per Arſacen, Siciliæ per Panætium, Cyrenarũ in Africa per Battum.

*Illuſtres.* Iphitus, Cynethon, Rhæcus, Sibylla Samia, Sethon Vulcani ſacerdos.

*Principes*, Vaphree, Saſochis, Seſoſtris, Reges Ægypti, Ageſilaus Lacedæmoniorum, Barcus Corinthiorum, Pygmalion Tyri, Licurgus, Numa Pompilius, Midas.

*Reges Iſrael* 19. Ieroboam primus, Nadab, Baſa, Ela, Zamri, Amri, Achas, Ochoſias, Iorã, Iehu, Ioachas, Ioas, Ieroboã, Zacharias, Sellũ, Manahem, Phaceia, Pakeias, Oſee.

*Pontifices*, 18. Sadoc, Achimaas, Azarias, Abimelec, Ioachas, Ioarib, Ioſaphat, Ioiada, Pedaia, Sedechias, Ioël, Ioa-

| | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| | | | deprauatus, adoratúſque donec propter necem Zachariæ à ſuis ſeruis interficeretur. |
| 14. | 10. x AMASIAS, an. 29 | 3356 | x Impius ad extremum. Nã poſt cædẽ Idumæorum Idola eorũ aſſumpſit, & coluit, thure incenſo. |
| 15. | 11 l OZIAS, an. 52 | 3408 | l Lepra percuſſus, ob vſurpatũ Sacrorum munus. Alioqui pius. |
| | | | Sub hoc Olympiades à Græcis inſtitutæ, Roma cõdita, Monarchia Aſſyriorum exorta. |

Prophetæ



Prophetæ ſuas conciones ſiue Prophetias ſcribere aggreſſi, antea ſola prædicatione contenti, Amos, Oſeas, Eſaias, &c.

m Non ſolùm pietate ſed & fortitudine excellens, proſperè adminiſtrato contra Ammonitas & alios finitimos imperio.

n Impientiſſimus. Foed⁹ primus facit cum Rege Aſſiriorum Finitimorũ bellis petitus, ad Gentiliũ Deorũ opem confugit.

o Pius. Religionem inſtaurat, Paſcha à patre

| | | Anni mundi | |
|---|---|---|---|
| Ibid | 12. m IOATHAN an 16. | 3424. | |
| 16, | 13. n ACHAZ, an. 16. | 3440. | |
| 4. Reg 18. | 14. o EZECHIAS, an. 29. | 3469. | |

than, Vzias, Eſaias, Sellum, Helcias, Azarias, Seraias.

*Prophetæ*. Nathã, Achias Silonites, Ieddo, Ionathã, Samaia, Iorã Azarias Oded f. Anani, & ei⁹ fili⁹ Iehu, Abdias, Micheas, Iehiel Zachariæ f. Eleazarus Dodiæ f. Elias, Eliſeus, Ioiadas, Zacharias Ioiadæ f. Amos Pater Eſaie, Ionas, Oſeas, Amos, Eſaias, Oſias, Michæas Moraſthites, Oded, Ioel, Nahum, Abacuc, Hozee, Sophonias, Ieremias, Baruch, Helda Propheteſſa, Vrias.

*Concilia* duo. 1. in Hieruſalem, ſub Ezechia. 2. in templo ſub

e

Ioſia.
*Scriptores ſacri.* Salomõ, Nathã, Achia, Iddo, Iehu filius Anani, Oſeas, Amos, Eſaias, Ionas, Michæas, Abdias, Ezechias Rex, Ioel, Nahum, Habacuc, Sophonias, Hieremias, Baruch.
*Profani.* Homerus, ante quem Ariſtoteles negat vllius poetæ ſcripta extare. Heſiodus 100. annis poſt, Lycurgus, Antimachus, Teius Lyric. Numa Pompilius, Sibylla Samia, Archilochus Pari⁹ poëta Iambic⁹, Simonides, Theognis, Ariſtoxen⁹ muſic⁹, Zaleucus legiſlator, paulo an-

| | | Anni mundi | |
|---|---|---|---|
| | | | antiquatum refert. Sub eo reliquiæ decem tribuum cum ſuo Rege Oſea in perpetuam captiuitatem raptantur. |
| 4. Reg. 21. | 15 [p]MANASSES, an. 55 | 3524 | Reges Babylonis innoteſcunt. Literas colit. |
| | | | [p]Impi⁹ principio. Sed Babylonem abductus, & remiſſus, inito fœdere, impietatem dediſcit. |
| Ibid. | 16. [q]AMON, an. 2. | 3526 | |
| | | | [q]Impius, patris flagitia, non pœnitẽtiã imitatus, à ſeruis ſuis interficitur. |
| 22. | 17. [r]IOSIAS, an. 31. | 3557 | [r]Pientiſſim⁹. Religionem informat. Hæreticos viuos, mor |



| | | | Anni mundi |
|---|---|---|---|
| tuóſque ferro & flamma perſequitur. Propter peccata populi tanto principe indigni ex vulnere moritur. | | | |
| [s]Impius. Rebus turbatis patris morte regnum rapuit, donec Pharao Ioachimo primogenito regnum reſtitueret. | 23. | 18. [s]IOACHAZ, menſibus, 3 | 3557 |
| [t]Impius. Ei⁹ quarto, incipit regnum & Monarchia Nabugdonozor, à quo abduct⁹ eſt Babylonẽ, & interfect⁹. | ibid. | 19. [t]IOAKIM, Eliachim, 11. | 3568 |
| [v]Pius. Abducitur. Babylonem à Rege Babylonis cũ op- | 24. | 20. [v]IOACHIM, Ieconias, menſibus 3. | 3568 |

te captiuitatem.

*Hæretici.* Hieroboamitæ, qui in decem tribubus vitulorum cultum induxerunt, regnum & communionem Hieroſolymitanã, vbi erat cathedra Moſis, & prophetica, deſeruerunt: Iezabelitæ, cui⁹ ſuaſu Achab Rex ad Hieroboami Hæreſim, cultũ Baalim adijcit: Samaritæ Siue Cutthei à Salmanazare in Palæſtinam trãſlati, è cunctis ſacris ſcriptorib⁹ & prophetis ſolum Moſem recipientes, & cũ ſua Idololatria miſcentes.

| | | | Anni mundi. | timatibus. |
|---|---|---|---|---|
| | | | | Hîc incipit tranſmigratio Babylonica, ſiue ætas mundi ſexta, ante Chriſtum vltima. |
| *Caluinitæ.* Cũ iſtis hoc habent cõmune, quòd nõ omnes Scripturas recipiãt, cũ Hieroboamitis & Iezabelitis, quòd communione Catholicã deſerant, & nouas cathedras & regna conſtituãt, pulſis legitimis Paſtoribus & Principibus. | | | | Quę deſcripta eſt duob⁹ poſtremis Regũ, 2. Paralip. libris. Salomonis, Tobiæ ab Eſaia, Hieremia Oſea, Ioële, & ſeptem alijs minorib⁹ Prophetis, Cabbala, & traditionib⁹ Hebraicis. |
| Cætera lib. Chronolog. à pag. 57. ad 83. | | Summa an. 419. Menſ. 6. | | |



*Interim hac quinta ætate, propter tantoperè corruptum ab Hæreticis religionis ſtatum, doctrina Eccleſiæ ad ſequentem tranſmitti perenni ſerie non deſijt.*

QVINTA æate ſuperior doctrina, pietas & religio floret, & illuſtratur per innumerabiles Prophetas. *Deũ eſſe vnicum*, Eſa. 43, 44, 45. Præter me nõ eſt Deus, &c. Et tamen *trinum*. In Hebraica veritate. Eccleſiaſtis 12, Memento creatorum tuorũ in diebus iuuentutis tuæ. Prou. 12, Noui ſcientiam ſanctorum. Eſ 6. In illa viſione Seraphica, Quis ibit nobis (Patri, Filio, & Spiritui ſancto) præter nobile illud Triſagiũ, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, à Ioanne in Apocalypſi repetitum. 22, Nõ ſuſpexiſtis ad eos, qui fecerunt, eam (Hieruſalem.) 42, Creans cælos, & extendentes eos dominus. 44, Sic dicit Dominus factores tui. Et iterum v. 24. Dominus factores tui. 50, Manè erige aurem mihi, & audiam quaſi magiſtros. 54, Quia dominabũtur tui, qui fecerunt te, Dominus exercituum nomen eius. Oſ. 11. Iuda adhuc deſcendit cum Deo, & cum ſanctis fideli. Hier. 10, Dominus deus verus eſt ipſe dij viuentes, & Rex ſempiternus. 23, Peruertiſtis verba Deorum viuentium, domini exercituum Dei noſtri. Quos, Eſaias vnico contextu expreſſit nominatim c. 48. Ego primus & nouiſſimus, Non à principio in abſcondito locutus ſum. Ex tempore antequàm fieret, ego eram, & nunc dominus deus miſit me, & Spiritus eius. Nam loqui illîc filium dei, non Prophetam conſtat per li-

teram præcedentem. Manus quoque mea fundauit
terram, & dextera mea menſa eſt cœlos. *Filium Deum
eſſe*. Eſa.7,9,10,25,35,45,55,58. Hier.23. & 33. Oſ.1. Baruc.
3. Ioel.2. Mich.2. & 5. Prou.8. & 30. *Spiritum quoque ſan-
ctum*, Eſa.48,59, & 63. Ipſi ad iracundiam prouocaue-
runt eum, & Spiritum ſanctum eius. 61, Spiritus Domi
ni ſuper me. 44, Effundã Spiritũ meum ſuper ſemẽ tuũ.
32, donec effundatur ſuper nos Spiritus de Excelſo,
Ioel.2, &c. *In Chriſtum fides, & eius expectatio*. Eſa. 6,7,
8,33,35,40.42,45,48,50,51,53,55,57,60,61,62,63. Hier.11.
23,31,33. Ioel.2. Abac.3. Soph.2. & 3. Mich.5. Oſ.6, & 11. De-
nique quotquot Prophetæ & Sibyllæ illa tempeſtate
ſcripſerunt. *Sacerdotium, miniſterium publicum*. Sadoc
primus templi Pontifex, & reliqui vſque ad Ioſedec
tempore captiuitatis per Catalogum 1. Par. 6. Sacerdo-
tes, Leuitæ & Prophetæ innumerabiles, in libris Regũ
& Paralip. quorum ordo & ſucceſſio in Seder Olam.
*Sacrificia & ſacramenta, fid.i ſigna*, eadẽ quæ priùs per
ſingulos libros Regum, & cæteros huius ætatis hiſto-
ricos & ſcriptores. Quin & eorum per Chriſtum per-
fectio, correctio, immutatio prædicitur. Eſa.12,52,55,61.
Hier.31, &c. Prou.9. *Pœnitentia, & eius partes*. Illas vr-
gent Prophetæ, & in eis neglectis totam malorũ cau-
ſam conferunt. Eſa.1, &c. Ioel 1, &c. Doctrinam contra-
riam Pſeudoprophetiam ſiue hæreſim appellant. La-
ment.2. Prophetæ tui viderunt tibi falſa & ſtulta, nec
aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam
prouocarent. Hinc apud eos hoſtia pro peccato, &
delicto, & ieiuniorum, ſacci, cilicij, luctus, ſpiritus con-
triti & tribulati mentio continua. *Confeſſio, Exomologe-
ſis*, vt quæ iam eſſet inſtituta, Leuit. 5. Qui peccauerit
vel deliquerit, agat pœnitentiam pro peccato, & offe-
rat. & ſic ſæpius illo capite, vbi Hebraicè vbique, &



confiteatur id, in quo peccauit, vt Leuit. 13, leproſus
adiens ſacerdotem ſe eſſe leproſum clamabat, & Num.
5, vir & mulier, cùm fecerint ex omnibus peccatis, quæ
ſolent hominibus accidere, atque deliquerint, confi-
tebuntur peccatum ſuum. Modum eorum confitendi
vide apud Fagium in quintum & decimum ſextum Le-
uit. *Viddui* appellabant ex Elia in Tisbi, vnde R. Iſaac
Leuit. 1. Qui agit Teſuba (i. pœnitentiam) vt faciat Vid-
dui, & confiteatur peccatum ſuum neceſſe eſt. *Eucha-
riſtiæ tanquam rei admirandæ promiſſio*, Prou. 9. Oſ. 14.
Viuent tritico, &c. vbi R. Kimhi è רוזל ſemina tranſ-
ſubſtantiationis adducit. *Feſt.*, ad ſeptem Moſaica ad-
duntur noua. Dedicatio templi Salomonis in menſe
Bethanim. i. Septembri, 3. Reg. 8, ἐνδελεχισμός ta-
bularum fractarum menſe Maio, Ioſeph. lib. 1. Bell. c.8.
& aliquot alia. *Templa*. Templum Salomonis incredi-
bili ſumptu extructum, 2. Par. 3,4,5. Domus orationis,
Eſ.56. Hier.7. Synagogæ Hieroſolymis ad quadringẽ-
tas & octoginta, è traditionibus Heb. & innumera-
biles aliæ per vniuerſã terrã Paleſtinæ, noſtris parœcijs
reſpondentes. *Imagines ſacræ*. Cherubi Salomonis for-
ma iuuenili & opere ſtatuario & ſolido præter Mo-
ſaicos, 2. Par. 3. vbi pictis alijs multis & cælatis ſculptu-
ris omnes templi partes, etiam veſtibuli exteriora aſ-
perguntur, & 3. Reg. 6, tam intrinſecus quàm extrin-
ſecus, pro templi etiam foribus & introitu: vnde Pſal.
73. queritur, quòd Babylonij exciderint ianuas vel ſcul
pturas, picturas, cælaturas templi. Nam Pittuhim illo
loco ad hunc modum interpretantur Rabbini. Eſ. 19,
alludens ad ſua tempora, In illa die (inquit) erit altare in
medio terræ Ægypti, & titulus Domini (Matſebá, ſta-
tua propriè) iuxta terminum eius. Oſeas cap. 3, ſacris i-
maginibus, quas Teraphim appellat, priuandas decem

tribus vaticinatur, propter ſua peccata, quòd eſſent euertendæ per Aſſyrios, & in captiuitatem abducendæ. E quo loco R, Iaphet cum veterib⁹ Rabbinis colligit, vt & indicat illic Abben Ezra, Decalogo ſacrarum Imaginum vſum non fuiſſe prohibitum, ſed profanarũ & Idololatricarum duntaxat. Serpens aheneus, hoc adhuc æuo extabat in excelſis, 4. Reg. 18, vſque ad regem Ezechiam, qui eum euertit propter abuſum, non quia imago, &c. *Delectus ciborum*, Eſ. 66. Qui edunt carnem ſuillam, & abominationem & murem, ſimul cõſumentur, dicit Dominus. *Ieiunium* 3. Reg. 21, 2. Par. 20, Tob. 12, Eſ. 58, Hier. 36, Ioel 1. Quin & Elias hac ætate exemplum ieiunij quadrageſimæ renouauit, 3. Reg. 19, à multis olim inter Iudæos obſeruati è R. Beiamin in ſuo Itinerario. Alia multa ad Moſaica adiecta ſunt, quarto mẽſe, id eſt, Iunio, quinto i Iulio, 7. i. Septẽbri, decimo. i. Decẽbri, quorũ meminit Zacharias c 8, & Hebræi in ſuo Calendario. *Religioſorum vita & vota & inſtituta varia.* Filij Prophetarum in Bethel, in Hierico, &c. 4. Reg. 2, 4, 5, 6, 9. Elias vir piloſus, Zona pellicea accinctus, & Eliſeus hanc vitã illuſtrarunt, 3. Reg & 4. Rechabitæ, Hier. 35. abſtinentes ab vrbibus, vino, ædibus, agris, poſſeſſionibus peculio ſiue proprio, qui & vocantur Scribæ ſiue doctores, 1. Par. 2. v. vlt. Holda Prophetiſſa. q. abbatiſſa habitans in *Millo*. id eſt, collegio, vel domo doctrinæ, vt habet Chalde⁹ 4. Reg. 22. *Sãcti & eorum preces, inuocatio, vis, cura.* Elias curat res viuorum. Miſit enim cælitùs literas ad Ioram Regem Iuda filium Ioſaphat, in quibus iram Dei contra ipſum explicabat, annis ſeptem poſt ſuam tranſlationem in cælum, in Seder Olam, cap. 17. Ioſeph. lib. 9. Antiq. cap. 2. quod apertè colligitur è 2. Par. 21, & 4. Reg. 2. vbi intelligitur trãſlatus ante decimũ octauũ regni Ioſaphat,



id eſt, ſeptem annis ante regnũ iſtius Iorã. Eſ. 44, Ille vocabit in nomine Iacob. vbi Chald & ipſe יצלי i orabit in nomine, ſiue nomen Iacob. Eſ. 62, Super muros tuos Hieruſalẽ conſtitui cuſtodes i. angelos, Talmudici in tractatu Menahoth: itẽ Patriarchas, qui protegũt nos tanquã muros, R. Selomo è R. Ionathan, qui ſic Chaldæis vertit, Ecce opera patrum tuorum iuſtorũ, ô vrbs Hieruſalem, aptata ſunt & ſeruata coram me tota die & tota nocte, nunquam ceſſant facere mentionẽ tui coram Domino. Baruc. 3, Audi nunc orationẽ mortuorũ Iſrael, & filiorũ ipſorũ, qui peccauerũt corã te. Hier. 31, Rachel plorat filios ſuos. i. intercedit pro filijs ſuis apud Deum, è Midras Hagada & R. Selo. Oſſa Eliſei mortui mortuum ſuſcitant, 4 Reg. 13. mortuum eius corpus prophetauit, Eccl. 48. id eſt, diuina fecit. Nam apud Heb. prophetare eſt non ſolùm diuina dicere, verùm etiam diuina facere. Vnde per ἐπεξήγησιν mox ſequitur: In vita ſua fecit monſtra, & in morte mirabilia operat⁹ eſt. Vt proinde Ioſias eius ſepulchrũ, oſſa & ſanctos cineres, quemadmodũ & alterius Prophetæ, honorificè obſeruauerit, 4. Reg. 23. Pallium Eliæ tranſlati aquas Iordanis diuidit, 4. Reg. 2. *Reliquiæ.* Arcam & reliquias Moſaici tabernaculi in ſuum templũ magna pompa infert Salomon, in Arca tabulas teſtamenti concludit, 2. Par 5. Arcam autem aliam fecit, in qua conſeruaretur Aaronis virga, Vas mannæ, oleum vnctionis ſacrũ. In Miſna, tractatu de ſiclis, cap 6, §, 7. Thuribulũ quoddã aureũ ſeruabatur in Sãcto Sanctorũ, ad quod ſoli Pontifices ingrediebãtur Heb. 9. Ioſeph. lib. 2. cõtra Appionẽ. *Preces & oblationes pro defunctis.* Tob. 4. Panẽ tuũ & vinũ ſuper( id eſt, propter. Nã eſt Hebraiſ.) ſepulturã iuſti cõſtitue. Eſa. 26. Viuant mortui tui, interfecti mei reſurgãt, &c. (deprecanter è

R.Selom.& Rabbinis, qui & hũc verſũ vſurpãt ſuis in precibus pro mortuis.) Et certè eſt precatio & canticũ,vt patet è principio capitis. *57*, A facie malitiæ collectus eſt iuſtus,veniat pax,requieſcat in cubili ſuo,qui ambulauit in directione ſua. Vnde & hunc quoque verſum Hebræi in ſuum pro defunctis officium conferunt. Cant.7. Palatum tuum (id eſt,oratio tua ô Eccleſia) ſicut vinum generoſum, loqui facit labia dormientium (id eſt,mortuorum.q.d.eos prorumpere facit in lætitiam,exilire præ gaudio,& loqui,è R.Selomo & veteribus Rabbinis.) Et proinde honore carere ſepulturæ infœliciſſimum putabant,Eccl.6, Hier.22.*Purgatorium*. Midras Eccleſiaſtis 11,citato illo Eſaiæ loco, veniat pax,quieſcant in cubilibus ſuis,& 1. Sam.25.Sit anima domini mei ligata in faſciculo viuentium. *Traditiones* ad Ezram & viros Synagogæ magnæ delatæ ſunt,indéque in libros relatæ.*Vita æterna, iudicium poſtremum*. Nihil hoc dogmate crebrius in Prophetis.Sic & reliqua doctrinæ capita noſtris planè conſentanea abundè exhibent Salomon, Prophetæ maiores & minores, qui intra huius ætatis curriculum ſcripto cæleſtes res copioſſimè mandarunt. Ideò enim hîc ſum breuior,quoniam eos totos oporteret tranſcribere.



| | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| | ÆTAS SEXTA, ſiue | | *Inſigniora ætatis ſextæ.* |
| | Monarchiarum mundi, | 3569 | Hîc profana hiſtoria incipit. De præcedentibus incertam vel fabuloſam ſe eſſe fatetur. |
| | A captiuitate Babylonica ad Chriſtum patientẽ, an. *553* | | *Sextæ ætatis põtifices*,39 Ioſedec Ioſue ei⁹ f. Ioachim, Eliaſib, Ioiada, Ionathã, Iaddus, Onias priſcus, Eleazarus, Menaſſes, Simon iuſtus Onias 2, Simon 2,Onias 3,Iaſon, Menelaus,deinde Machabei, Mathatias videlicet,Iudas,Ionathã,Simeõ, Ioãnes Hyrcanus, |
| | *Quæ ſumma ſic vniuersè colligitur.* | | |

Ariſtobul⁹, qui ſe regẽ appellauit, Alexander, Ioã. Hyrcanus 2, Ariſtobul⁹, Annel, Ieſus, Simon, Matthias, Ioſephus, Iozar, Eleazar, ſub quo Herodes magnus mortuus, Ieſus f. See, Annas, Iſmaël, Eleazarus, Annæ f. Simeon, Annas, Caiphas *Prophetæ*, Hieremias, Baruc, Seraias, Daniel, Ezechiel, Aggeus, Zacharias, Malachias, Ezras, Nehemias, Philo ſenior, Ieſus Ben Sirac, Septuaginta interpretes, Simeõ Chriſti ſuſceptor, Ionathan Vzielis f. Paraphraſtes Chal. Zacharias baptiſtæ parens Anna Propetiſſa.

| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| Iere. 25. | Tempus captiuitatis ann. 70. | 3569 |
| | | 3638 |



| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| Dan. 9. | A ſeptuageſimo illo captiuitatis anno ad Chriſtum Hebdomades 69. id eſt, anni. 483. | 3638 |
| | | 4121 |

*Cõcilia* quatuor 1. In Babylonia circa reditũ, quæ Synodus magna dicitur, ſub Cyro 2, in Hieruſal eſub Ptol. Philadelpho. 3, in Hieruſalem ſub Ioan. Hyrcano 4, ibidem ſub Herode magno.

*Scriptores ſacri.* Hieremias, Baruc, Daniel, Ezechiel, Aggeus, Zacharias, Malachias Mardocheus ſcriptor libri Eſter, Ioachĩ libri Iudith, Ezras, Nehemias, Ieſus f. Sirac auctor Eccleſiaſtici, Philo ſenior Sapientiæ Salomonis, Auctor ignotus librorum Machabeorum, Sibylla Cumana.

*Profani*, memorabũtur ſuo or-

dine per ſingularũ monarchiarũ ſucceſſioné, vt eorum ſecula diſtinctiùs proponantur humanarum artiũ profeſſorib[9] & ſtudioſis. Nam hîc propriè incipiunt, exceptis ferè Homero & Heſiodo. Nam quid iuuat Linũ, Muſæum, Orphæũ, & cæteros non extantes commemorare?

*Hebræi*, qui & teſtes veritatis antiquæ. Rabbini hîc etiam incipiunt, quorum primi Scribæ, ſecũdi Phariſæi appellati ſunt. Ariſtobulus, R. Iodam, R. Ibba, R. Iohai, R. Hillel, Iaſon Cyrene[9], R. Simeon, Ben

| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | | 3569 |
| | | 4121 |



Huius vltimæ ante Chriſtum ætatis deſcriptio ſumitur tam è ſacris & Hebræis ſcriptoribus in altero margine memoratis, quàm profanis, per ordinẽ Monarchiarum quatuor deinceps memorandis.

| | | anni mundi. |
|---|---|---|
| | | 3569 |
| | *Summa* 553. Ita ab Orbe condito ad Chriſtum patientem, ſunt anni 4121. menſ. 6. d. 16. id eſt, ad Chriſtũ natum, an. 4089. menſ. 3. d. 6. | |
| | | 4121 |

Iohai auctor libri Zoar, Nehemias ben Haccana, R. Ionathã ben Vziel, R. Simeõ, R. Gamliel. R. Eliezer.

*Hæretici.* Samballat & Menaſſe, è quibus nõua Samaritanorũ ſecta & templũ nouũ Gerizim. Saddoc & Baiethos, è quibus Sadducæi & Caraim, in Iudæa idẽ ferè profitentes, quod in Samaria noui Samaritani. Galilæi ſiue Zelatores, non eſſe parendum magiſtratui alienæ religionis.

*Caluinitæ*, conſonant Neoſamaritanis & Sadducæis, quòd nolint vllos patres recipere, traditionibus Eccleſiæ ſe opponant, mutilent ſacram Scripturam, infernũ aut nullũ, aut imaginariũ duntaxat, ſine ignis pœna corporea, cõſtituãt. Aliquid etiã affine habent cum Galilæis, ſaltem Anabaptiſtæ, iſtorum eluuies.

Cetera lib. 2. Cronolog. à pag 84. ad 180.

| | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | | 3569 |
| | *Membratim autẽ per ſucceſsionẽ quatuor ingentiũ Monarchiarũ Græcis & Latinis partim auditarum, partim etiam cognitarũ: niſi quòd numeri fracti ad ſuperiorẽ calculũ addũt annos tredecim.* | |
| | | 4521 |

Religionis



## *Religionis & Doctrinæ continuatio, & ad hanc vltimam patrum veteris Teſtamenti ætatem tranſmiſsio.*

SEXTA ætate antiqua religio & doctrina retinetur, & ad Chriſtum inter captiuitatum & perſecutionum multa diſcrimina perducitur, per Prophetarum reliquias, multos Scribas, Doctores, Rabbinos, externos Philoſophos, & Poëtas, quos in hanc omnes conferemus, & ſi plerique noſtrorum penè ſint temporum, quòd partim Prophetas ſint ſecuti, partim ſua omnia è ſextæ huius ætatis Cabbala, traditionibus, & diſciplina quaſi per manum receperint. *Deum* eſſe vnicum. Malach. 1, Nunquid non pater vnus omnium noſtrûm, nunquid non Deus vnus creauit nos? Eccleſ. 1. Vnicus eſt altiſſimus. Sap. 12, Non eſt alius præter te. Machabei pro Dei vnitate contra Græcos pugnant, Iudæi in libro Eſter & Danielis pro eius profeſſione inter Babylonios & Perſas periclitantur. Denique omnes pij, qui ſequuti ſunt Prophetas, eandem doctrinã poſteritati contra Polytheiam omnia tunc occupantẽ relinquunt: Imò etiam impij & profani omnium ſeculorum paulo ſapientiores. Trimegiſtus in Pœmandro cap, 2, 3, 4, 5, 9, 10, 11, 12. In Aſclepio cap. 16. 7, 11. Phecydes, Syrus, Pythagoras, Philolaus, Architas, Empedocles, Parmenides, Meliſſus, Xenophanes, Timæus Locrus, Zeno Eleates, Acmon, Euclides, Anaxagoras, Plato, præſertim in Epiſtolis, Timæo, Parmenide, Ariſtoteles in Metaphyſicis, lib. 8. phyſic. & lib de Mundo ad Alex. Theophraſtus in Metaphyſ. Zeno

f

Stoicus, Epictetus apud Arianum, Alcinoüs de doctrina Platonis, Aphrodiseus lib. de Prouidentia, Plutarchus de Iſi & Oſiri, & alijs multis opuſculis, Damaſci?, Iamblicus de ſecta Pythagor. & de Myſterijs Ægypti, Simplicius in 1. Phyſ. & in Epictetum Ariani, Plotinus Enneadibus paſſim, fuſius Enn. 2. per totum lib. 9. Porphyrius de Abſtinentia, & alibi, Proclus in Theologia Platonica, lib. de Anima & de Dæmone, vbi affirmat πολυθεότητα eſſe ἀθεότητα, è Latinis Seneca, Macrobius, Calcidius, Cicero de Natura Deorum, de diuinatione, de Vniuerſitate, de Somn. Tuſculan. &c, præter oracula Sibyllina, & Deorum ipſorum, ſiue Dæmonum, poëtarúmque fragmenta à Iuſtino Martyre, Clemente Alex. Lactantio, Arnobio, alijſque innumeris producta. *Trinitatis myſterium.* Daniel ad id aliquoties pluraliter loquitur de Deo. c. 2, Sacramentum hoc mihi reuelauit (Deus) vt interpretationem Regi manifeſtarẽt (pro manifeſtaret) 4, In ſententia vigilum decretus eſt ſermo ſanctorum (Dei ſancti) & petitio. 7, Regnum dabitur ſãctis Altiſſimorũ. (Dei altiſſimi.) Et mox, & ſuſcipient regnũ ſancti Altiſſimorũ. Et, Sãctos Altiſſimorũ conteret. Et interficiet robuſtos, populúmque ſanctorum (Dei ſancti) ſecundum voluntatem ſuam. Quod caput eſt propriè de Antichriſto, quem fore Arianum, Diuinitatique Chriſti, & ſpiritus ſancti infeſtum ex alijs locis conſtat. Zach. 11, Paſtores eorum (Deus Iudæorũ paſtor) non parcet eis. Malach. 1, Si ego Domini ſum (Dominus) vbi eſt timor mei? Quas perſonas vnicum in verſum incluſit Aggeus, & nominauit: Ego ſum vobiſcum, dicit Dominus exercituum, cum Verbo, quod promiſi vobis, & ſpiritus meus in medio veſtri. Nolite timere. Hinc Zoar è Rabbi Ibba ad illud Deut. 6, Audi Iſraël, Dominus Deus tuus, Deus vnus eſt: per primum (יְיָ) intelligit Patrem: per ſecundum



(*Elohenu*) Filium: per tertium (יְיָ) Spiritum ſanctum. Deinde citato Eſaiæ Triſagio: ſanctus (inquit) Pater, ſanctus Filius, ſanctus Spiritus ſanctitatis, quos alibi vocat tria ſpecula, tria luminaria, tres ſupremos patres, principio finéque carentes, alij tres *Middoth*, *Sephiroth*, *Elionoth*, tres ipſius infinitæ (*En Soph.*) numerationes ſublimes, *Keter* Coronam, *Hocma* ſapientiam, *Bina* Intelligentiam. Tres Iodin (יְיָ) nomen Tetragrãmaton deſignantes. Cuiuſmodi alia proferuntur è Midras Pſ. 50. Midras Eccleſ. c. 4. R. Moſe Haddarſan in cap. 42. Gen. R. Sheolá in Pſ. 111, & 112, R. Azariele, tract. de Sãctitate, R. Abraham lib. Ietſirá, R. Iſaac lib. de Creatione, R. Hamai tract. Hahiiun, R. Nehemia ben Haccana in Epiſt. Haſſodoth, de Sod, ſiue myſterio nominis Tetragrammati, nunc per 12, nunc per 42, literas expreſſi. Cuius rei fama ad profanos peruenerat. Nam in Deorum ſacrificijs ternario numero vtebantur, Ariſt. lib. 1, de Cælo cap. 1. &, iſto numero Deus impare gaudet. Virg. Eglog. 8. &, εἰς τρὶς ἀποσπένδω καὶ τρὶς τάδε πότνια φωνῶ, ad ter libo, & ter hæc venerabilia clamo. Theocritus Idyll. 2. Et veteribus *Chaldæorum* & *Perſarum* λογίοις vt Zoroaſtris, citante Gemiſto Pletone Platonico, πάντα ἐξετέλεσε πατὴρ, καὶ παρέδωκεν δευτέρῳ, & Procl. lib. 2. & 3. Comment, in Parmenidem Platonis, ἐκ πατρὸς ἀλκῆς δρεψάμενος τὸν ἄνθος. Item, νοῦς πατρὸς, &c. *Magorum*, de tribus principijs Oromaſe, Mitri, & Arimine, quæ Deum, mentẽ & animam interpretantur, Ægyptiorũ veteri oraculo Serapidis ad Thulem Regem apud Suidam in Thulis, πρῶτα θεός, μετέπειτα λόγος, καὶ πνεῦμα σὺν αὐτοῖς, ταῦτα δὲ σύμφυτα, ταῦτα καὶ εἰς ἓν ἰόντα τέτυκται. Et in Mercurij Trimegiſti Pœmandro cap. 1, 3, & 7. ὁ θεὸς ἀρρενοθῆλυς, ὢν ζωὴ καὶ φῶς ἀπεκύησε λόγον, ἕτερον νοῦν δημιουργόν, cum alijs eiuſdem apud Cyrillum contra Iulianum,

& Suidam in Mercurio prolatis. Græcorum, vt Orphei in Argonauticis apud Clement. lib. 5. Stromi. Pherecydis Syri apud Proclum, qui ex eius documentis ait Pythagorã tres ſimul Deos celebrare, ſicut & Platonem. Parmenidis in Coſmogonia, & apud Platonẽ in Parmenide de tribus ſubſiſtentijs, vt interpretatur Plotinꝰ Enn. 4. lib. 1. cap. 8. Platonis ipſius Epiſt. ad Dionyſium, δεύτερον περὶ τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον περὶ τὰ τρίτα & alibi, vt probat Origenes lib. 6. contra Celſum, Numenij lib. de Bono, quo cum Proclus celebraſſe ſcribit tres Deos, primum vt Patrem, ſecundum vt opificem, tertium vt opus ab vtroque procedens. Plotini peculiari opere περὶ τριῶν ἀρχικῶν ὑποστάσεων & lib. de Ideis, & lib. contra Gnoſticos, Iamblichi de ſecta Pythagoreorum, & lib. de Myſterijs. Seorſum c. 39. Porphyrij lib. 4. de hiſtoria Philoſophica, vbi citante cõtra Iulianũ Cyrillo, Eſſentiã Dei progredi vſque ad tria docet. In ea enim eſſe Deũ ſupremũ, qui bonũ, ſecũdũ, qui vniuerſi opifex, tertium, qui anima mũdi, & lib. de Patriarchis, è quo Proclus dogma περὶ τοῦ αἰωνίου, καὶ προαιωνίου καὶ αἰῶνος μέσου huic myſterio congruens profert. Amelij, qui eodem referente tres Reges, tréſue intellectus conſtituebat, qui & Cyrillo Auguſtinoque narrantibꝰ, initium Euangelij D. Ioannis laudabat, & literis aureis inſcribendum aſſerebat, tanquam Platonicæ Philoſophiæ conſentaneum. Procli ipſius lib. de Theologia Platonica, & in Parmenidem Platonis. Latinorum, vt Calcidij in Timæum, Summus Deus iubet, ſecundus ordinat, tertius intimat. Macrobij lib. 1. in Somn. c. 14. Deus, qui prima cauſa, & eſt & vocatur, vnus omnium Princeps, & origo ſuperabundanti maieſtatis fœcunditate de ſe mentem creauit. Hæc mens νοῦς vocatur, qua Patrem inſpicit, plenam ſimilitudinem ſeruat au-



thoris. Animam verò de ſe creat, poſteriora reſpiciens. Deinde vt intelligatur, de qua anima iſtud accipi debeat, nempè diuina, mundi, ſiue vniuerſi effectrice, non humána, paulo pòſt: Anima ergo (inquit) creãs ſibi cõdenſque corpora (nam ideô ab anima natura incipit, quam ſapientes de Deo & mente etiam νοῦν nominãt) ex illo miro & puriſſimo fonte mentis, quem naſcendo de originis ſuæ hauſerat copia, corpora illa diuina vel ſupera, cæli dico & ſyderum, quæ prima condebat, animauit, diuinaſque mentes infudit, inferioribus verò & terrenis pro cuiuſque ratione, exiſtendi, viuendi, creſcendi, ſentiendi, intelligẽdi naturã, quia caducũ eſt corpꝰ, inſeruit. Et mox, hoc & Virgilius expreſſit. Nã & mundo animam dedit, & vt puritati eius atteſtaretur, mentem vocauit. Cœlum enim, ait, & terras, & maria, & ſydera Spiritus intus alit, id eſt, anima, ſicut alibi pro ſpiramẽto animam dixit. Quantum, inquit, animæ quæ valent, & vt illius mundanæ animæ aſſereret dignitatem, mentem eſſe teſtatur: Mens agitat molem. Nec nõ vt oſtenderet ex ipſa anima conſtare, & animari vniuerſa quæ viuunt, addidit, Inde hominum pecudumque genus, &c. Et mox, Secundum hæc ergo, ex ſummo Deo mens eſt, ex mente anima. Anima verò & cõdit, & vita complet omnia, &c. In quibus quidem, vt Pythagorici, & Platonici nonnihil Arianizẽt, at multum eſt in tanta obſcuritate vidiſſe aliquid. Separatim autem, *Filij* myſterium. Dan. 9. Oſtende faciem tuam ſuper ſanctuarium tuum propter Dominum ſiue Deũ. Zach. 12. Deꝰ Inducitur loquẽs, Aſpiciẽt ad me quẽ cõfixerũt 13, framea ſuſcitare ſuper paſtorẽ meum & virum ſocium vel propinquum meum, עמיתי Aamithi, dicit dominns exercituum. 3, Dixit Dominus (filius) ad Satan, increpet te Dominus (Pater.) Mala. 4, Ecce ego

mittã Angelũ meũ(Ioannẽ Baptiſtã)& præparabit viã ante faciẽ meã, & ſtatim veniet ad tẽplũ ſuũ dominator, quẽ vos quæritis. Eccl. 51, Inuocaui Dominũ Patrẽ Domini mei. Qui & eã ſapiẽtiæ elogio diuiniſſimè deſcribit capitibus 1,4,24, vt & eiuſdẽ ætatis auctor Sap. 2,7,8,10,18. Quod ſecuti Iudæi deinceps diuiniſſima de Verbo Dei ſparſere, vt Philo multis locis, lib. de Agricultura pag. 5. lib. de his quæ poſt ſex dies, lib. Quòd inſomnia ſint à Deo, lib. Quòd diuinitas ſit immutabilis, lib. 2. Allegoriarũ, lib. Quis ſit hæres diuinarũ legũ. Zoar, Chaldæi Paraphraſtæ & Hieroſolymitanus, de quibus proinde R. Menahem Rakanati in legis expoſitione, ad illud Exod. 16. verſ. 8. Nõ cõtra nos eſt murmur noſtrũ, ſed contra Dominum, tranſtulit (inquit) Onkelos, ſed contra verbum domini, ſignificans כיהשכינהנקראת כך והיא ההולכת עמם במדבר ומכאן הביך דברים רבים בתרגום diuinitatem appellari verbum domini, nẽpè eã, quæ comitabatur eos in deſerto. Atq̃ hinc multa in trãſlationibus Chaldaicis percipies, quod ſequentibus exẽplis poſtea illuſtrat. Num. 21, Locutus eſt populus in Deũ & Moſẽ. Chaldæus, Detonauit populus in verbũ Dei. Deut. 9, Ipſe eſt qui trãſit ante te. Chald. Verbũ Domini tranſit ante te. Gen. 9. verſ. 12, Inter me, & inter vos. Chald. Inter verbũ meũ & inter vos. v. 15. Inter Deũ, & inter omnem animam viuentẽ. Chald. Inter verbum Domini. Gen. 31. verſ. 49, Videat Dominus. Chald. Aſpiciat verbum domini. Gen. 21, Iura mihi per Deum. Chald. Per verbũ Dei. Exod. 19. v. 17. Eduxit Moſes populũ in occurſum Dei. Chal. In occurſum Verbi Dei. Quibus addere poſſis illud Oſeæ 1. verſ. 7. Et ſaluabo eos in Domino Deo ſuo. Chald. Et redimã eos in verbo Domini Dei ſui. & 2. v. 2, Non ipſa eſt vxor mea, neque ego vir eiꝰ. Chald. Ipſa nõ ſe ſubijcit cultui meo, neque verb



meũ recipiet precẽ eius. Sic hac ætate Chaldæi Paraphraſtæ viã ad cõuerſionẽ aperiebant Orientalibus, vt Græci, ſiue 70. Interpretes Occidẽtalibꝰ. ἰδῶ πάντων θειώτατος λόγος, apud Platonẽ in Epinomide ὁ ἔκγονον τοῦ ἀγαθοῦ, lib. de Rep. quem vt principem & cauſam vniuerſi vnà cum patre inuocat epiſtola ad Hermiam, Eraſtum & Coriſtum. *Spiritus ſancti* Neh. 6, Spiritum tuum bonum dediſti, qui doceret eos. Ezech. 36, Spiritum meum ponã in medio veſtri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis. Agg. 2. Zach. 7. & 12. Sap. 1,5, 7,11,12,15, Eccl. 24,39, 48. Quæ excipientes Iudæi deinceps diuiniſſima de illo prodiderunt, & Philoſophis, præſertim Pythagoricis, Platonicis, Stoicis, & Trimegiſto hac memoria emergentibus copioſã ſegetẽ præbuerũt, vt de eo multa traderẽt, συνεκτικὴν εἶναι οὐσίαν omnia cõtinentẽ, conſeruantẽ, totã infuſã per artus agitare molẽ, & pleno ſe corpori miſcere, intus alere, per totũ mũdũ peruadere, mundi eſſe ſpiritũ, animã, mentẽ. Hinc Trimegiſtus in Aſclepio, Spiritu (ait) augetur & gubernatur omnis in orbe ſpecies. Spiritus implet omnia, mundus nutrit corpora, ſpiritus animas. Spiritu miniſtrantur omnia, & vegetantur in mundo. Plato 10. de Legib. Agitat ſanè anima omnia quæ in cælo exiſtunt, terra, mari, iiſdem motibꝰ, qui nominantur, velle, cõſiderare, curare, ſiuè prouidere, deliberare. Cic. de Nat. Deor. Animum eſſe per naturam rerum omnem intentũ & cõmeantem, & in Academicis Animũ mũdi, quẽ Deũ appellant. & de Vniuerſitate, Animum vt in mundi medio collocauit, ita per totũ tetẽdit. Virg. 6. Æneid. & 4. Georg. Mẽs agitat molẽ, &c. Macrob. vbi ſuprà. Calcidiꝰ in Timæũ Platonis, Platonicã ſẽtẽtiã explicat. Materiã mouet ſpiritꝰ & vigor ex æternitate rationaliter totã interdũ, nonnũquã pro portione. Nã

ſpiritus motuum illorum non eſt natura, ſed anima, & quidem rationalis,quæ viuificans ſenſilem mundum, eum exornauit ad hanc,qua nunc illuſtratur, venuſtaté.Quò pertinet intellectus agẽs Alexãdri Aphrodiſei. Nã & ſi Ariſtoteles hoc minimè omniũinſtituat, vt qui intellectus agens & patibilis ſint re vnum & idẽ, ſolaque notione differãt, tamẽ eò apparet alluſiſſe Aphrodiſeum.Docet enim,Intellectum agentem eſſe re ſeparatum,& extra homines poſitum,communemſiue vniuerſalem,& quendam Deum,qui in ſingulares hominum mentes agat ac operetur, vt ſol in cunctas ciuitatis feneſtras: patibilem autem eſſe ſingulares hominũ animos,qui huius agentis recipiant influxus,impreſſiones, illuſtrationes, ac per eum in actum intelligendi perducantur. Quam Alexandri ſententiam dum non caperet Auerroes,profana quædam & mõſtroſa de Intellectu communi commentatus eſt. Hæc enim deſũpſerunt ab Hebræis, qui apud Eliam in Tisbi eũ Ruah Hakkodes appellabant,q.Spiritum ſanctitatis, Eccleſiæ moderatorẽ,præfectumque, Sechina q.habitationem,quòd ipſe cum ea, præſertim cum prophetis maneat,ita vt Sadducæi ſub huius ætatis extremum in hæreticis numerati ſint, quòd eum negarint De eo Zoar & cæteri Rabbini conſulendi ſunt. Nam & illi viam præmuniebant ad futuram de ipſo per Chriſtum & Apoſtolos manifeſtationẽ,*Mundum eſſe creatum*. Omnes profani,vſque ad Ariſtotelem, qui primus philoſophorum mundi æternitatem auſus eſt ſtabilire. Nã Oracula,Chaldæi,Ægyptij, Græci poëtæ, Orpheus, Homerus,Heſiodus,phocylides,Sophocles,&c.Virgili⁹,Ouidi⁹Lucretius,&c.imò & philoſophi, pherecydes,pythagoras,Timæus,parmenides,Meliſſus,Anaxagoras,Empedocles,Heraclit⁹,Democritus,plato,Leu-



cippus, Epictetus, Plutarchus, Platonici, Epicurei, Stoici,auctore Varrone, Theophraſtus ipſe, & ſi Ariſtotelis diſcipulus & ſucceſſor,lib.de Saporibus, Deũ creaſſe omnia non modò aſſerens,ſed etiam de nihilo Plotinus lib. de Mundo, Proclus in Timæum, Cicero multis locis, Macrobius in Somn.& Saturn.Seneca c. 31.& 32,de Vita beat. lib. 1. Nat.quæſt. & in Epiſtolis, Galenus lib.3,7,11,15,17,de vſu partium & lib, de formatione fœtus, vtut impius & planè profanus. Imò verò etiam ipſe Ariſtoteles in Metaphyſicis,dum recẽſens veterum de principijs opiniones, eum, qui τὸν εἶναι αἴτιον τῆς φύσεως καὶ τοῦ κόσμου docuit, cæteris anteponit.Et in lib.ad Alexandrum, quem ſenex conſcripſit, Deum eſſe genitorem & conſeruatorem rerum omnium,& lib.de Mirabilibus, Mare cum naturâ terram obrueret, Deum contraxiſſe, vt terra extaret, ad conſeruationem & vtilitatem hominis animantiumque.*In Christum fides*, & *expectatio*.Hag.2.Stante templo Zorobabelis venturum deſiderium gentium. Zachar.c.3,9,11,12,13,14. Dan.2,7,9,intra 70.hebdomadas, id eſt,an. 490.4. Ezræ 7, & 13,reuelandum intra 400. annos.1,Ezræ,Neh.81,Ezechiel multis locis, Malach.2, 3,4,Sap.2, &c. 1.Mach.14.Iudæi & ſacerdotes conſentiunt, vt Simon Machabeus ſit dux & Sacerdos in æternum, donec ſurgat Propheta fidelis, centum vix annis ante Domini natiuitatem.Chaldæi Paraphraſtæ, quorum vnus Ionathan 28. annis obijt ante chriſtum, eius promiſſionem quauis occaſione vrgent, & breui perficien iam oſtendunt,Geneſ.49.Num.24.3.Reg.4. Eſai.4,9,11,14,16,20,53,66.Hier.23,&33.Oſe.14. Mach. 4.& 5.Habac.3.Hag.2.Zach.3,4,6,10.Pſal.20,44,60,71, 79.Cantic.1,4,7,8.Ruth 1,&3.Lam.2,& 4.Eccl.1. & in Targhum Hieroſolymitano,Gen,43, 49, tribus locis.

Exod.12. Num. 11, 24. Quæ oracula ab Elia in Meturghenan Rad. משנה coaceruata hîc indicare volui, vt ea intelligamus veterē Synagogam accepiſſe de Chriſto, quæ Chriſtiani de eodem exponimus, hoſtium etiam noſtrorum confeſſione. Quare & eius aduentus eſt articul⁹ duodecimus Symboli Iudæorum, de quo caput Helec in Talmud tractatu Sanedrin, & ſectio integra Maiemonim R. Moſe pag. 765, & mentio apud Rabbinos, tam veteres, quàm recentes creberrima, & vetus epiſtola Secretotum R. Nehemiæ, in qua docebat ſe tantùm diſtare 50. annis ab ipſius aduentu, veluti expectans conſolationem Iſraël cum Simeone coæuo ſuo Chriſti ſuſceptore, qui Talmudici contextus ſiue Miſna fundamenta iecíſſe fertur, à R. Hakkados poſt annos 160, perfecta, ad ſummúmque perducta. Quod nec Gentiles latuit. Nam tunc percrebuerat fama toto Oriente eſſe in fatis, vt Iudæus rerum potiretur. Tacitus lib. 21, Sueton. in Veſpaſiano, cap. 4. Sibyllarum oracula de eo Romanos reddebant ſollicitos. Cic. 1, Epiſt. ad Lentulum. Regem enim aliquem eſſe appellandum, ſi ſalui eſſe vellemus. Idem 2. de Diuinat. vbi & meminit Acroſtichis, quæ illius Regis nomen & elogiū primis literis verſuum continebat, nēpè è libro 8. Oracularū Sibyllinorum, Ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς, σωτήρ, σταυρός *Sacerdotiū publicum miniſterium.* Ioſue filius Ioſedec primus templi reſtaurati Pontifex, & cæteri vſque ad Iaddū, Nehem. 13, qui Alexandro Magno occurrit. Reliqui apud Ioſephum vſque ad Phinæum pontificem vlt. omnes à Ioſue filio Ioſedec 39 ad vſque caipham. Sacerdotes alij & Leuitæ diſtincti in ſuos ordines, vt priùs, Nehemi. 11. & 12, 13, verſ. vlt, Scribæ & Phariſæi ſedent ſuper cathedram Moſis, & hi quidem à temporibus Machabæorum, illi autem ab ipſo Ezra, eorum aucto-



re, paulo poſt reditū è Babylonia. *Sacrificia & Sacramēta.* Vt priùs apud Prophetas & auctores huius ætatis, ſeorſum Ezræ 3, 8. Neh. 10, vbi verſ. 8. ſpōſio pro paruulis, 3. Ezræ 8 & 9, ædificarunt altare, vt offerrent holocauſta, ſicut ſcriptum eſt in Lege Moſis, &c. Quin & in perfectius commutanda docentur. Mal. 1, Oblatio munda per totum orbem. Zach. 9, frumentum electorum, & vinum germinans Virgines, &c. De quibus Rabbini mira ſparſim, quin & Tranſſubſtantiationis ſemina diſertè tradunt, vt R. Moſe Haddarſan in illud Pſal. 136. Qui dat panem omni carni, R. Iohai in cap. 25 & 28. Exod. Panē propoſitionis vocari, Heb. Lehhē panim, id eſt facierum duarum, quòd ſacrificium panis tempore Meſſiæ cunctis Moſaicis ſucceſſurum, & illis ceſſantibus nunquam deſiturū, habiturū eſſet duas facies, vnācorruptibilem, alteram incorruptibilem, ſubſtātia corruptibili in incorruptū Meſſiæ corpus intrinſecus conuerſa. Ionathan in ſua Chaldæa paraphraſi Pſalmorum, ad verſ. Pſalmi 71, Erit firmamentum panis in terra in capite montiū Eccleſiæ, placēta erit oblatio in capitibus ſacerdotum, qui ſunt in Eccleſia: vbi & R. Selomo, hunc verſum Rabbini noſtri expoſuerunt de Cluſmoth, ſiue placentis dierū Meſſiæ. R. David Kimhi ad illud Oſee 14, Viuent tritico, &c. Nonnuli (inquit) noſtrorum exponunt, quòd mutatio naturæ erit in tritico futuris redemptoris Chriſti temporibus: & pòſt, Et ſanè magiſtri noſtri piæ memoriæ meminerunt cuiuſdam mutationis naturæ, quæ futura ſit in tritico. Locus Rabbini meretur Hebraica, vt cùm vbique væneat, faciliùs iſti conſulant.

וזכרו דגל שינוי טבע שיהיה בעתי בחטה *Vaſa & ornamēta ſacra*, à Cyro reſtituuntur, Ezr. primo, & ſucceſſoribus, cap. oct, & tertio. Ezras. oct. 2. Mac. primo, *Penitentia, & eius actus.* Neh. 9. Teſuba vocant

de qua cap. 7. & 10. libri Hajaſar R. Tam, & in Talmud, & in Maiemonim tractatus peculiares. Cōfeſſionem autem peccatorum vocant Viddui, cuius formulam more ſolenni & certis verbis conceptā reperias apud Fagium, Leu. 5, & Num. 5. Scribunt enim Hebræi nihil profuiſſe ſacrificia per ſe, neque expiaſſe peccata, niſi præceſſiſſet Teſuba & viddui, pœnitentia & confeſſio, è cap. 5. Num. *Benedictiones Sacerdotum*, Eccl. 45. De ijs eſt tractatus in Talmud Bircath Cohanim. Neh. 9. *Ceremoniæ, tunicæ Sacerdotales*, &c, vt priùs Neh. 7, & 8, Purificationes & quaſi baptiſmata. Neh. 4. v. vlt. *Ieiunia crebra*, in Calēdario Heb. Eſt. 5. & 14. Dan 9. Iudith. 4. Zach. 8. quarti, quinti, ſeptimi, & decimi menſis. Quin & Quadrageſimæ exemplū 4. Ezræ 14. vbi Ezras per 40. dies ſcribit, noctibus autem panem manducat, id eſt, cibum capit. Ieiunium obſidionis Hieruſalem à Nabugd. factæ, Ieiunium Eſter, &c. ſingulis annis ieiunia vinginti ſex in libello Taanith, & in Calend. Hebr. Quibus addiderunt magiſtri ſingulis Hebdomadibus ieiunia duo, id eſt, ſecundi diei ſiue Lunæ, & quinti ſiue Iouis. In libro Taanith, de quibus illud Euangelij, Ieiuno bis in Sabbato. *Delectus ciborum*. Dan. 9. Iudith. 12. Machabæi malunt necari, quàm veſci cibis vetitis, 1. Mach. 7. Daniel & ſocij nolūt pollui cibis gentium. Dan. 1. ne quidē vino potus Nabugdonozoris. Ibid. Dan. quæ tamen prohibitio non erat Moſis, ſed Synagogæ, vt conſtat è Tisbi Eliæ in Rad. יסך naſac. *Religioſorum vita & vota*. Samaïas recluſ[9]. Neh. 6. verſ. 10. Phariſæi apud Ioſephū lib. 13. Antiq. c. 9. Haſſidei, 1. Mach. 7, qui Rabbinis חסידים q. pij, ſancti, Ioſepho lib. 2. belli c. 12. & Plinio lib. 6. Eſſei ſiue Eſſeni. quorum inſtituta monaſticis noſtris ſimillima Ioſeph. ibid. Scribæ ab Ezra inſtituti ex Hebræis in ſuis



traditionibus. Multi Eremitæ ex Ioſepho in vita ſua *Templa, loca religioſa* προσευχαὶ Ioſeph, in vita ſua q. oratoria, templū à Zorobabele inceptum, à Nehemia perfectum, 2. Mach. 1. & 2. locus quidam Nephtar appellatus, q. Purificatio, 2. Mach. 1. videtur Probatica piſcina, Ioan. 5. Dedicatio muri Hieruſalem, Nehem. 12. *Sacræ imagines*. Etſi nō legamus reſtitutos Cherubin, & alias ſacras Imagines, picturas, cælaturáſue veteris tabernaculi Moſaici, aut templi Salomonici. At iam docuimus Rabbinos præceptum De non faciendo ſculptili, eis minimè omniū opponere pag. *Sacra non vernaculè peragenda*. Hactenus lingua ſancta & Hebraica in re diuina locum duntaxat habuit. non quòd illa eſſet vernacula, ſed quòd ſācta & prophetica. Vnde hac etiam ſexta ætate, & deinceps à Iudæis continuatur, & ſi illis iam minus ſit vernacula & popularis, nec ab vllo eorum intelligatur, qui eam non didicerit, vt apud nos Latina & Græca. Quare Ezras & Scribæ formulam rei diuinæ Hebraica populo ignota tradunt & inſtituunt è Maiemonim parte. 1, tractatu Tephillá & Bircah. Cohanim (id eſt, de prece & benedictione Sacerdotum.) Indéque in ſuis Synagogis, breuiarijs vtuntur Hebraica lingua ſcriptis. vt Mahzor, Siddur Tephilloth, quod R. Amram è Babylonia in Hiſpaniam miſit circa annū Domini 900, Sedes, &c, Nefáſque putatur alia id facere, R. Abraham Abben Ezra Eccl. 5, verſ. 1. vbi & perſtringit ſuæ gētis nōnullos poëtas Lyricos, quòd hymnis ſuis immiſcerent Medica, Perſica, Hiſpanica, &c. cùm ne vſurpanda quidem doceat Syriaca & Arabica, quæ tamen Hebraicis affinia ſint. Quod obſeruat Eccleſia, dū non vulgaribus & profanis linguis, ſed quatuor duntaxat ſanctioribus & magis Catholicis, item Grammaticis eruditis, ad myſteria & diſciplinas accō-

modatioribus pro fouenda Sanctorum communione quam Idiomatum diuerſitas diſtraxit,ad rem diuinam ſolenniter vtitur: vna à prima origine ſancta, id eſt Hebræa,& tribus alijs ſanctificatis dedicatiſque Crucis titulo, Syra, Græca & Latina,è Hieron. in Epitaphijs Nepotiani & Paulæ.Ne titulus Crucis Ieſum Nazarenum Regẽ Iudęorum prædicans obliteretur.Scriptum quippè diuinitùs in libro Pſalmorum, Ne corrumpas tituli inſcriptionẽ(Pſ.56,57,58.verſib.primis.) Nicolaus Magnus ad Michaëlem Imperatorem:Ob eamque cauſam Greg. 7, ante annos plus quingentos Vladiſlào Boëmorum Duci petenti,vt ſibi populóque ſuo liceret diuinum officium Slauonicè peragere, nõ aſſenſit,quòd id Chriſtianis inſtitutis minus congrueret, & myſterio iſtarum linguarum diuinæ Sacrorum celebrationi deſtinatarum conſecratarúmque decerperet,per quas ſanctorum communio per totum orbẽ conſeruatur atque colligitur,quemadmodum aliarum innumerabilitate inducta eſt in mundum diſcordia atque confuſio. Ipſe lib.7. Regiſtri, & Olaus Magnus lib.16.cap.39.*Feſta*,tam Moſaica quàm Prophetica, in Ezra & Nehemia celebrata vt priùs.Alia pro natis occaſionibus inſtituta, vt dedicatio Machabiorum ſiue Encænia 25 menſis Kiſleu. i. Nouembris, i. Mach. 4, quam pro ſua præſentia probauit Chriſtus,Ioan.10.Lumina ſiue Luminariũ feſtũ,Ioſeph.lib.12.Antiq.cap.10. Dies ignis,qui datus eſt,quando Nehemias, ædificato tẽplo & altari obtulit ſacrificia,2. Mach.1. Dies Mardochei,2.Mac.vlt.fortaſſe Sortiũ feſtũ in Eſter, quomodo appellãt Feſtũ,Iom tob, Gall. *Vn bon iour*, è Tisbi Eliæ. *Reliquiæ*.Eas abſcondit Ieremias,vt Arcã,Tabernaculũ, Altare incenſi in mõte,2.Mach.2.Ignis ſacrificij abſcõditus in puteo à ſacerdotibus,quo in loco aqua apparuit, è qua Nehemias & ſacerdotes purificarunt ſacrificia,vbi Rex Perſarũ fecit tẽplũ ſiue ſacrum ædificium (videtur eſſe Probatica piſcina Ioan.5.)Locũ hunc appellauit Nephtar,q. Purificatio,2.Mach.1.*Sãcti*,Onias, itẽ Ieremias Propheta Dei dudũ mortui orant Deum multũ pro populo,& vniuerſa ſancta ciuitate,2.Mach. 15.Orat Angelus pro populo Iudaico,Zach,1.Michaël princeps Synagogæ ſtat pro filijs Iſraël,Dan.12.Angeli Perſarum,Græcorum, Iſraelitarũ procurant ſibi cõmiſſorum negotia,ſeque mutuò iuuãt,Dan.10. Ioſeph ben Gorion belli Iudaici,cui ipſe interfuit, cap.21,Lamentationẽ ſuper calamitatibus Hieruſalẽ aſpergit ſãctorũ inuocationibus,& quidẽ Dauide Cybero Argẽtinẽſi hæretico interprete: Exurge nunc Moſe,fili Amrã,& vide populũ tuum,&c. Memor eſto precationis, &c.Exurge nunc Aaron Sancte Sacerdos Dei,&c.Surge nunc Phinees,&c.Euigila nunc Ioſue,&c. Tu verò Rex Dauid dormis, expergiſcere, & veni, &c. Eliſee, &c.Ioſeph.lib.3.Bell.c.14. Latini exemplaris, Puræ animæ,quæ exaudiũt inuocãtes,Græci cap.25.pag. 785. Rabbi Selomo in illud 4.Eccleſ. Laudo mortuos, qui iãdudũ fũcti ſũt,Patriarcharũ ope & miniſterio Iſraëlitas dũtaxat exaudiri docet.R.Akibá in lib. Otiioth de litera Samec,cũ ſcribitur,Hieruſalẽ mõtes in circuitu ei⁹ Mõtes Hieruſalẽ cĩgẽtes,ſũt patres,colles,qui circũ eã ſũt matres,Sara, Rachel,&c.R.Iſaac in 49,Gen.& 1.Exod. Sãctos nõ eſſe appellãdos mortuos, è vetuſtiſſimis Rabinis & R.Hakkádos.Kimhi in Malachiã ex corũdẽ traditione,Eliã præeſſe celebritatib⁹ circũciſionũ & actu & efficaciter adeſſe.Iudæi in officio mortuorũ libri Mahzor inuocãt patres dormiẽtes in Hebrõ, & ãgelos tam horti,quã defũcti cuſtodes,& in lib.anonymo cuiuſdã, qui pro noſtra religione ãte multos an.ſcripſit,Fagio hæretico interprete,implorãt Dei memoriã meritó patrũ

Abraham,Iſaac & Iacob,& merito reliquorum iuſtôrum & ſanctorum,vt eorum meritum adſit ſiue applicetur nobis.Implorant,inquam,bis quotidie,mar è & veſperi,ad illum modũ orãtes,& c.& poſt, Iacob pater noſter cũ ſepelijt Rachel in via ſecundũ illud,(Gen.35.) & ſepulta eſt in via,quæ ducit Euphratam,totum iſtud factum eſt, vt R.Salomon ait,quòd oraret Rachel pro filijs ſuis, ea hora, qua illos patrijs ſedibus expelleret Nabuzardan in Babyloniam, ſicut ſcriptũ eſt, Vox in Rama audita eſt,Rachel plorans filios ſuos, &c. Hæc quidem non reperi in R.Salomone ad Geneſim,ſed ad Ieremiæ cap.31. idque ex Midras Hagada vetuſtiſſimo ſcripto.Denique id apparet ex precationibus de ea re, quas è Breuiario Hebræorum conuertimus anno 1569 R.Abraham in faſciculo Myrrhæ,Gen.22.In principio anni nos canimus,& ligationem Iſaac hodie ſemini eius recorderis.Quemadmodum ipſe eſt ligatus & vinctus, ſic vincias, & liges omnia genera proprietatum iudicũ.Deinde ſubijcit,hîc eſſe myſterium Iſaac poſiti in medio,quoniam illum interponere ſolẽt inter ſe & Deũ in ſuis precibus quaſi interceſſorẽ. *Preces pro defunctis*,Haſcaba appellant. Quin & exſtat vtraque lingua integrum Officium mortuorum, è libro Mahzor ſiue Breuiario Iudæorum,à nobis publicatũ ann.1569 Requieſcat anima ipſius in cubili ſuo, iaceat in pace, dormiat in pace.Et mox : Angeli pacis egredimini in occurſũ ipſius &c.quæ & Hæretici Mũſterus & Fagi* proferunt in Annot.ad 14.Deuter.R.Iſaac Toletanus in lib.Beth Ioſeph, ſiue Iore Deha , de vltimo legis præcepto Annis ſingulis anniuerſario die mortis parentum ieiunandum eſt, & preces, quæ incipiunt Kadis,Sanctus,fundendæ,iuxta illud,quod ſolemus dicere,Iudicium improborum Iſraëlitarum in Gehẽna eſt

menſium



menſium duodecim,& poſt ea aſcendunt.

*Purgatorium*.Ab Hebræis aſſertum alibi docuimus; ſed & anno ſuperiore Patauij de ea re certiſſimas & eruditione pleniſſimas probationes amicus noſter B.Valuerdius Gandia Hiſpanus Hebraïcè Latinéque emiſit. E Zoar in 18 Gen. & 47 Ex.23.Rakanati Gen.37.Leu.16,21.pag.154.col. 4.R.Menahen Tſioni, Gen.16. Abdia Sophroni pag.91.Alpheſi tractatu Ros Haſſanim cap.1,pag. 216.Rabbena Niſim eius Scoliaſte, è libro Ialkut. Rabbi Meir lib. Habodath Hakkódes parte 2,cap.31.E libro Ieſod Sirim,è Midras Eccl. cap. 12.è lib.2 R.Manahem Tſeda Laddarec,è lib.Alcat Rochel pag.19.& part.2, lib.2.è Kabuenaki,è Midras arcana, è R.Ioſeph Albone lib.de articulis fidei.4 cap.34.è tractatu Ros Haſſana, è Menorath Hammaor,R.Iſaac c.2. partis ſecundæ, è Tephillath Moſis,è tractatu Haghigá in Talmud Hieroſoly.è tractatu Baba Batra,& eius ſcholiis, ſiue Toſaphoth. è tract.Nedarim & Helec,R.Bahhaiè Deuteron.34.è lib. Sem.Tob concione 5 de pœnitentia,è Hakidath Iſaac, Geneſ. 23 & Leuit. 21. adde librum Iaſar R. Tani cap. 12, & penè Rabbinos omnes quorumcunque tandem ſint temporum.

*Traditiones*,Earum ſcriptor Ezras & ſequentes ſcribæ, deinde Talmud cœptus à Simone Iuſto & finitus ab Hakkados anno Chriſti 188. Nam non modo conſeruatur lex ore tradita, & per manus accepta,verumetiã iam nomine Cabbalæ ſcripto mandatur, ne propter exilia veniret in obliuionẽ,vt 70 libris Ezræ 4 Ez.14,quos ſe habuiſſe prodidit Picus Mirandula, vt vtroque Talmud Baby-

ſonico & Hieroſolymitano, vt libris Mizuoth, id eſt, de præceptis legis, &c. Quo pertinere ait R. Dauid Kimhi, illud 1 Par. 4. Hæc autem verba vetera, nempè ad Cabbalam, id eſt, receptionem, ſiue Maſſoram, id eſt, traditionem maiorum, & R. Abraham teſtimonia Pſal. 118. Nempè ad præcepta ea, quæ teſtimonium habent à Patribus tanquam teſtibus oculatis, vel auritis, non à ſcriptura, ſuntque lex per traditionem accepta ſine ſcripto.

*Vita æterna, Iudicium poſtremũ.* Daniël, Ezechiël, & cæteri huius memoriȩ Prophetæ & authores nihil habent crebrius vſque ad Chriſtum. Sicque perfecta eſt cohortatio Dei, Malach. 4. Memento legis Moſis ſerui mei, quam mandaui ei, in Oreb, ad omnem Iſraël, Præceptorum & Iudiciorum, quouſque veniet dies Dei magnus & admirabilis. Nam & reliqua omnia abundè demonſtrant authores huius ætatis, partim Prophetæ, partim Prophetarum ſucceſſores & hypophetæ. Sic Religionis veteris doctrina ad nouum populum perenniter tranſmiſſa eſt. Imò & Dei colendi ritus atque forma. Nam Chriſtus ſola ſuſtulit ſiue figuralia, vt loquitur Aug. lib. 10 de Ciuit. cap. 19 & 20, ſiue ſacramenta prænunciatiua, vt idem lib. 19, contra Fauſtum, & epiſt. 49 ad Deo-gratias: ſiue vmbratica, vt Paulus ad Hebræos, qualia fuère ſacrificia, Circumciſio, Propitiatorium, Tabernaculũ Moſis, & quȩ in Tabernaculo recluſa, cibi & potus Iudaïci, Partes diei feſti, Neomeniæ & Sabbatorũ, vmbram futurorum habentes. Col. 2. Heb. 9 & 10. Gal. 2 & 3. Non item ſimplices cæremonias ad εὐπρέπειαν rei diuinæ, vt habet Ioſephus 3 Antiq. cap. 8,



cap. 8, pag. 74, vel θεωρίαν, vt Dionyſ. de Eccl. Hier. pertinentes. Et ſanè ratio templorum, Verbi gratia, adorationum, genuflexionum, ſtationum, religioſarum veſtium, vaſorum ſacrorum, benedictionum, aſperſionum, feſtorum, luſtrationũ, cantuum & ſimiliũ rituum, quæ olim fuit, hodie quoque permanet, nempè vt Deus ritè, ſolennius, ſanctius, decentius colatur. Deinde in Apoſtolicis quoque literis id obiter quoq; indicatur, dũ Chriſtus ſuo aduẽtu nihil in hac parte mutat, nihilque contra differit. Denique dum Apoſtoli horum rituum ſpargunt ſemina in ſuis, partim ſcriptis, partim traditionibus apud veteres extantibus. Hinc Tertul. initio libri de Oratione.

Quicquid retro fuerat (in Moſis Lege) aut demutatum eſt, vt Circumciſio, aut ſuppletum, vt reliqua lex, aut impletum, vt prophetia, aut perfectum, vt fides ipſa. Et Leo MAGNUS D. Auguſtini diſcipulus apertius initio ſermonis ſexti de Ieiunio decimi menſis; tractans illum locum: Non veni ſoluere legem, ſed implere. Quædam de mandato veteri ad nouam obſeruantiam transferuntur. Et pòſt, Ceſſantibus enim ſignificationibus, quibus Saluatoris noſtri nunciabatur aduentus, & peractis figuris, quæ abſtulit ipſa præſentia veritatis, ea, quæ vel ad regulas morum, vel ad ſimplicem Dei cultum, ratio pietatis inſtituit, *in eadem apud nos forma*, in qua ſunt condita perſeuerant, & quæ vtrique teſtamento erant congrua, *nulla ſunt commutatione variata*. Ex iis autem eſt etiam decimi menſis ſolemne ieiuniũ. Et de ſeptimi menſis Apoſtolica inſtitutio ita veteris Teſtamenti ſacramẽta diſtinxit, vt quædã ex iis, ſicuti erant condi-

ta, Euangelicæ eruditioni profutura decerperet, & quæ dudum fuerant conſuetudinis Iudaïcæ, fierent obſeruantiæ Chriſtianæ. Et eo vetuſtior celebriórque Nazianzenus Oration. 44. Pentecoſtes diem Hebræorum more colimus, quemadmodum & alios nonnullos eorum ritus obſeruamus, qui apud illos quidem typicè celebrantur, apud nos verò myſticè & verè, vt addit Nicetas.

Quare rectè monēt Iuris Orientalis authores, pag. 214. Iudaïcos ritus demum eſſe prohibitos, ſi ſint ſacramentales, ſiue figurales. Sin ſimpliciter cæremoniales atque ad ſacram theoriam, pietatémque conferentes non item, vt qui ſint pietatis retinacula, conferántque ad ſacrorum ſolennitatem, decorum, virtutem. Nam vetera Chriſtus aduentu ſuo partim recenſuit, partim retulit, partim perfecit, & illuſtrauit, vt eodem ipſe cum Patre & Sancto Spiritu piè inuiolatéque in ſæculorum ſæcula colatur.

Atque hæc quidem prolixius, verùm id, quia inde ad Eccleſiæ, quæ ſecutura eſt, continuitatem apertior via tranſitúſque, inter tot ſæculorum & rerum diſcrimina, patet.

Duæ



| | *Anni ante Chriſtū natū.* | MONARchia prima Chaldęorū *incipiēs anno mundi 3560, octo ſcilicet annis ante quintam ætatē expletam.* | *Anni mundi.* | Duæ primæ monarchiæ, nępè Babyloniorum & Perſarū Gręcis & Latinis magis auditæ, quàm cognitæ. |
|---|---|---|---|---|
| | *Monarchia.* | I | | PRIMÆ Monarchiæ inſigniora. |
| *a* Populo Dei iniquiſſimus. | *Here.* 32 | *a* NABVGDONOZOR filius Merodac an. 45, id eſt, octo ante captiuitatem, & pòſt 37. | 3560<br>3568<br>3605 | Literarum apud Græcos incunabula. Romæ cōſules eiectis Regibꝰ. *Bella* Medorum, Iudæorū, Ægyptiorū, Aſſyriorum, Perſarum, Æthiopum, Cyrenenſiū, Gręcorum, Scytharum. |

g iij

Re-

| | Anni ante Chriſtũ natũ. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| *Regna* Medorum, Perſarũ, Æthiopum. *Viri illuſtres*, Seruius Tullius, deinde Tarquinius Superb⁹ Romanorũ Reges, Epimenides, Draco, Piſiſtratus tyrãnus, qui primus libros diſciplinarum liberaliũ publicè Athenis legẽdos poſuit. Solõ, Septẽ Græciæ Sapientes, Pherecydes Syrus philoſophorum fons, Anaxagoræ & Pythagoræ præceptor. Ha- | *Ibidem* | 2 *b* EVILMERODAC, an. 23. | 3605 3628 | *b* paulò æquior. |



| | Anni ante Chriſtũ natũ. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| *c* Auo quã Patri ſimilior, ob neglectũ religionis. | *Dan.* | 3 *c* BALTAZAR, quem vicẽre Darius Medus & Cyrus Perſa, ann. 10. | 3628 3638 | Haliattes Lydorum Rex, deinde Cræſus. Thales Mileſius Philoſophiæ Ionicæ conditor. Pythagoras Italicæ. Alcmæõ Crotoniates, qui primus de rerũ natura ſcripſit. Arion muſicus, Anacreon. *Sacri Scriptores*, Hieremias, Baruc, Daniël, Ezechiël, Ioachim auctor libri Iudith. *Profani*, Simonides, Thergius, Sappho, Steſichorus, Alcæus, Draco in- |

inchoate captiuitate Babylonica, deinde Solon, & alij Græcę ſapientes.

*Hæretici* Achab Chulię fil. & Sedechias Maaſię f. Nicolaïtarum ſpecies, quos frixit Rex Babylonis Hier. 29. Semeias Nelamites.

*Caluinitæ* his conuenienter miniſterij prætextu mœchantur cū vxoribus amicorum ſuorum, &c.

Cętera lib. 2 Chronog. à pagin. 125, ad 132.

| *Anni ante Christū natū.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| | Sūma poſt captiuitatē an. 70. | 3638 |



| | *Anni ante Christum.* | MONARchia ſecūda Perſarum. *incipiens anni mūdi 3638* | *Anni mundi.* |
|---|---|---|---|
| Reditus Iudæorum in patriā. | 2 *Monarchia.* *Dan. 6.* | I DARIVS filius Hidaſpis ſiue Aſſuëri de genere Medorum Medus ſocer Cyri an. 2. | 3638 3640 |

SECVNDæ Monarchiæ inſigniora.

In 2 Monarchia res Græcorum inchoant. Nempè vbi deſinūt ſcripta ſacra, illic profana incipiunt.

Ante hāc omnia apud eos incerta vel fabuloſa.

Literarum & diſciplinarum apud Græcos initia.
Ionica & Italica primę eorum philoſophiæ.
Deinde phyſica Democriti &c. E-

| | Anni ante Christum. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| hica ſiue Socratica, Academica. Peripatetica, Cynica, Pyrrhonia. Res Carthaginenſiũ, Siculorũ &c. *Bella* Perſica, Italica, Sicula, Cartaginenſia, Gręca Peloponneſiacũ, Thracium. *Regna* Syracuſanorum. *Reſp.* Carthaginenſium, Romanorũ, Græcorum. *Viri illuſtres.* Crœſus, Philoſopohi veteres. Anaximãder, Anaximenes, Anaxag. Socrates, Ana- | Ezr. 1 & 2. | 2 *a* CYRVS gener Darij rex Perſarum ſuccedit Medo, vnúmque è duobus imperiũ ſucceſſionis & victoriarũ iure facit an. 30. | 3640<br>3670 | *a* Eccleſiam & pietaté coluit. |



| | Anni ante Christum. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| *b* Iudęos afflixit, impius fuit. | Ezr. 3. | 3 *b* ASSVERVS, ſiue Artaxerſes primus Darij Medi F. an. 20. | 3670<br>3690 | xagoræ auditor, Architas, Tarentinus, Miltiades, Cimon, Themiſtocles, Ariſtides, Pericles, Alcibiades, Lyſander, Conon, Epaminondas, Dionyſius Syracuſanus Dion. *Sacri ſcriptores*, Daniel, Ezras, Nehemias, Haggeus, Zacharias, Malachias, Mardocheus, Ioachim auctor libri Iudith. Sibylla Chaldea ſiue Perſica. Helleſpontia. |

*Profani*, Parmenides, Heraclitus, Democritus, Empedocles Æſopus fabulator, Hippocrates Pythagoræ diſcipulus, Pindarus, Sophocles, Euripides, Æſchylus, Herodotus, Thucidides, Euclides, Ariſtophanes, Euhemerus, Plato, Xenophon, Iſocrates, Ariſtoteles, Polybius, Æſchines, Demoſthenes, octo alij oratores Thraſimachus, Theopompus. *Rabbini*. Scribę prophetis ſuccedunt,

quibus

| *Anni ante Chriſtum.* | | *Anni mundi.* | |
|---|---|---|---|
| | 4 *c* DARIVS LONGIMANVS Artaxerſes 2, pius, an. 40. | 3650 3730 | *c* Impij patris pientiſſimus filius. |
| | 5 *d* ARTAXERSES, Memnon, an. 49. | 3730 3779 | *d* Neq; frigidus neque calidus. |



| | *Anni ante Chriſtum.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|---|
| *e* Iudęorum parum ſtudioſus. | | 6 *e* DARIVS CODOMANVS, Arſis F. quem vicit Alexander Maced. an. 6. | 3779 3785 |
| | | Summa 147 | |

quibus ſe ſequenti Monarchia adiungũt Phariſæi & reliqui ſapiẽtes.

*Hæretici* Sãballat & eius Gener Menaſſe, Neo-Samaritani.

*Caluinitæ* cũ iſtis Scripturas mutilãt.

Cætera lib. 2 Chronog. à pag. 132 ad pag. 147.

**INSIGNIORA tertię Monarchiæ.**

Nouæ Philoſophorum ſectæ, Stoica, Epicurea, noui Academici.

Annis 26. poſt mortem Alexãdri, Romanorum nomen extra Italiam auditur, Pyrrho Epirotarum Rege. Nã Grę̨cis incipiẽtibus minui illi emergunt.

Eodem fermè tempore res & potẽtia Parthorum, Cartha-

| *Anni ante Chriſtum.* | MONARCHIA | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 3. *Monarchia.* | MONARchia tertia Macedonũ ſiue Grę̨corum, *incipiens anno mundi. 3785.* | |
| | I | |
| 1. *Mar.* 1. | ALEXANDER MAGNVS, an. 6. poſt confectum Dariũ. Alioqui imperauit. an. 12. | 3785<br>3791 |

Iudæi Perſis deletis ſubiiciũtur Alexandro Magno. Deinde Ægyptiis eius ſucceſſoribus, Ptolomæo Lagi, Philadelpho, Euergeti, Philopatori, per an-



annos 123. vſq; ad Antiochũ magnũ, per quẽ deinceps ſub miſit Regibus Syriæ vſq; ad Machabæos, per annos 60.

Poſtea ſuis prĩcipibus gaudẽt de Machabęorum familia per annos 100 vſq; ad Herodẽ alienigenam:

| *Anni ante Chriſtum.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| | | |

ginẽſium & Romanorũ incipit circa annum 100 Alexandri.

*Bella,* Romana contra Epirotas, Carthaginẽſes, Cimbros, &c. Græca contra ſucceſſores Alexandri, Gallica, contra Macedonas, Indorum & Perſarũ contra Reges Syriæ. Achæorum, Ætolorum, &c. Syrorum, Ægyptiorum.

*Regna noua,* Thraciæ, Põti, Aſiæ, Syriæ, Ægypti, Siciliæ, Gallo-Græciæ, Par-

Parthorum per Arſacē, Bithyniæ, Cappadociæ.

*Viri illuſtres,* Pyrrhus Epirotarum rex, Agathocles, Antiochus Magnus, Annibal, Arſaces, Scipiones, Fabij, Marcelli, Catones, Philopœmenes, Achęi & Aetoli plurimi.

*Sacri ſcriptores,* Ieſus filius Syrach, Philo ſenior, auctor Sapientiæ, ſcriptores Tobiæ, Baruc, & ſimilium, qui relati ſunt in ſecundū Hebræorum canonem, Septua-

| *Anni ante Chriſtum.* | | *Anni mundi* |
|---|---|---|
| | *a* PTOLOMAEVS LAGI SOTER, an. 40. | 3791 |
| | | 3831 |
| | Nam Alexandri ſucceſſio diuturnior & florētior fuit in Aegypto vſque ad Auguſtum, ſub quo natus eſt Chriſtus, ſeptimæ & vltimæ ætatis conditor & principium. | |

qui denique cum ſua poſteritate per alios annos 100. vſq; ad Romanam captiuitatem regnū Iudææ beneficio Romanorum Cæſarū tenuit.

*a* Eius vigeſimo tertio incipiebat tertius cētenarius ante Chriſtū natum.



| | *Anni ante Chriſtū.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|---|
| b *Iudæorum ſtudioſior quàm pater.* | | 3 *b* PTOL. PHILADELPHVS, an. 38. | 3869 |
| c *Et hic æquꝰ fuit Iudæis.* | *In Prolog. Eccleſiaſtici.* | 4 *c* PTOL. EVERGETES, an. 24. | 3893 |
| d *Iſte cōtrà iniquiſſimꝰ.* | *lib. 3. Mach.* | 5 *d* PTOL. PHILOPATOR, 16. | 3909 |

tuaginta interpretes, auctor librorū Machabæorum.

*Profani,* Theophraſtus, Mercurius Trimegiſtus, Zeno Cittieus, Epicurus, Beroſus, Callias, Menander, Ariſteas, Demetrius Phalereus, Ecateus Abderites, Chryſippus, Carneades, Lycophrō, Callimachus, Aratus, Theocritus, Nicāder, Philinus, Zoilus, cui reſtitit Athenodorus Arati frater. Apollonius Rhodiꝰ, Eratoſthenes,

nes, Liuius: Poëtarũ Latinorum primus, Cato maior, Ennius, Næuiꝰ, Plautus, Panętius, Terẽtius, Lucretius, Varro, Catullus, Cicero, Cæſar, Salluſtius, Cratippus, Soſigenes. *Hebræi Rabbini.* Rabbinos incipiũt àb Alexandro Magno, & appellant ſecundam ætatem cõgregationis magnæ, ſiue ſucceſſionẽ Ezræ, Mardochei, Nehemiæ, & patrum, qui ex exilio redierũt, quorum pri-

| *Anni ante Chriſtũ.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 1 *Mach.* 10 & 11 | 6<br>*e* PTOL. EPIPHANES. 24. | *3933* |
| 2 *Mach.* 10. | 7<br>PTOL. PHILOMETOR. 25. | *3958* |
| 2 *Mach.* 15. | 8<br>*f* PTOL. EVERGETES, ſecũdus, an. 20. | *3978* |

e *Eius quinto incipiebat ſecundus centenarius ante Chriſtũ natũ, Iudæis in dominatũ Antiochorũ trãſeuntibus.*

f *Machabæi excutiũt iugũ Regum Syriæ, & amicitiam Ptolomæorum capeſſunt.*



g *Motus deinceps in Ægypto.*

h *Eius decimo incipiebat primus proximúſq; centenarius, ante Chriſtũ natum.*

| *Anni ante Chriſtũ.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| | 9<br>*g* PTOL. PHYSCON. 17. | *3995* |
| | 10<br>PTOL. ALEXANDER cum matre Cleopatra, an. 20. | 4005 |
| | 11<br>*h* PTOL. LATYRVS. 18. | 4023 |

primus ſit Simeon Iuſtus. Hinc Antigonꝰ eius diſcipulus, Ioſe Ben Ioazar, Ioda Bẽ Tabaï, Mathaï Arbelites, Ioſuë Bẽ Peraïæ, Simeon Ben Sata, Semaïa, Abtalion, R. Hillel, cũ 80 diſcipulis, cuius maximus fuerit Ionathan Bẽ Vziël, minimus Iohanã Ben Zachaï, Samaï, Ariſtobulus Pt. Philometoris præceptor, R. Iodã, R. Ibba, R. Iohaï, Iaſon Cyreneus, R. Hillel, à quo ſapiẽtes

| ſeu Phariſęi, Eſſei ſiue Hoſidim, R. Simeon Ben Iohaï, Nehemias. | Anni ante Chriſtū. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| Hæretici, Sadoc, Baiethos, Caraim. | | 12 *i* PTOL. AVLETES. 30. | 4053 | *i Hunc reduxit Gabinius Pompeij iuſſu.* |
| Caluinitæ, Eccleſiæ traditiones, cum Caraim reiiciunt. | | 13 *k* PTOL. DIONYSIVS. 2. | 4055 | *k Pompeiū proditoriè occidit.* |
| Cætera libr. Chronogr. à pagin. 147, ad 175. | | 14 *l* CLEOPATRA ANTONII, an. 18. | 4073 | *l Tum in regnū Iudæorū Herodes irrepſit.* |
| | | Summa 270. | | |

Mo-



| | Anni ante Chriſtū. | MONARchia quarta Romanorum, *incipiens anno mundi 4073.* | Anni mundi. | *Inſigniora initij quartæ Monarchiæ.* |
|---|---|---|---|---|
| | | | | Grammaticæ, Rhetoricæ, Poëticæ, Philoſophię profeſſio vtraque lingua. |
| *Ianum clauſit ob pacem vbique firmatā, q̄ Chriſtus, pacis princeps, tum eſſet naſciturus.* | | I AVGVSTVS CAESAR, an. 44. poſt deuictam Cleopatram & Antoniū. | 4073 | Philoſophorum ſectæ miſcentur, nec in vllius iuratur verba magiſtri. |
| | | Alioqui imperauit, an. 56. quorū quadrageſimo primo expleto, & 42 incunte | 4117 | Geographiæ vſus & tabulæ apud Latinos primū propoſitæ. Pax latè per orbem. |

 Ceſſant

Ceſſant oracula Delphis & alibi.

Regnũ Dei per Chriſtũ.
*Bella.* Ciuilibus nece Antonij finis imponitur. Contra Germanos & Sarmatas aliqua geruntur.

*Regna* Iudæorum, Cappadociæ, Indiæ, Arabiæ, Lybiæ.

*Viri illuſtres,* Mecænas, Agrippa, Germanicus, Quintilius Varus, Manutius Plancus, M. Lollius, Seranus &c.

| *Anni ante Chriſtũ.* | CHRISTVS natus eſt, qui erat viceſimus nonus à deuicto Antonio: quater milleſimus centeſimus ſecundus à mundo cõdito, vt quidé proceditur per ſucceſſioné Monarchiarum. Nam iuxta Bibliorum rectioré calculũ Chriſtus natus eſt anno mũdi 4089 Sed facilè fuit tredecim annos fractos Monarchiarũ ſumere pro in- | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| | | 4102 |



| *Anni Chriſti.* | integris, & ſic addere ad Bibliorum iuſtos ſiue integros. | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 15 | Auguſtus Cæſar poſt Chriſtũ natum adhuc imperat, an. 15. | 4102<br>4117 |
| 32 | 2<br>TYBERIVS, an. 18. vſque ad Chriſti mortem. | 4117<br>4134 |

*Sacri ſcriptores*, nulli ob inſtanté aduentũ Chriſti, qui ſuopte ore iam legem & cõſilium ſuum, Patríſq; erat enuntiaturꝰ, quemadmodum ad Solis exortum vmbræ diffugiunt.
*Profani,* Dioſcorides, Horatius, Tibullus, Propertius, Virgilius, Vitruuius, Diodorus Siculus, Dionyſius Afer, Strabo, & reliqui, de quibus initio ſeptimę ętatis.

*Rabbini,* Phariſæi ſiue ſapien-

pſétes,& Eſſęi, ſiue Haſidim, R.Ionathã Vzielis f.R.Gamliël.

*Hæretici*,Galilęi, ſiue Zelotæ,Sicarij, Sadducæi, Samaritani.

*Caluinitæ*,cũ iſtis arma capiunt, & aduerſum legitimos magiſtratus capiẽda docẽt,ſuę religioni cõtrarios.

Cætera lib. Chronolog. à pag.175 ad 189.

| Anni ante Chriſtũ. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | Atque hîc quoque ob ſuperiorẽ cauſã Chriſtus inuenitur paſſus an. Mundi 4134, vel 4135, qui tamen propriè paſſus eſt ſecundũ rectiorem Biblicum calculum, anno 4121 expleto. Nam tredecim Monarchiarũ fracti, totidem annis auxerũt integros Biblicos. | |

*Chriſti ſtudioſus. Nam eũ inter deos referre voluit, et Chriſtianorũ inſectatoribus minitatus eſt.*

*Conſulit Philoſophos, cur oracula deficerẽt.* Plut.

A CHRI-



| Anni Chriſti. | A CHRIſto nato ad hoc tẽpus ſunt anni 1582. | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | *Sedecim ſeculorum inductione id oſtenditur.* | |

INSIGNIORA PRIMI SECULI.

Hoc primo centenario pax per orbem.

Euangelij lata propagatio.

Iudæorum calamitates variæ.

Vrbs Hieruſalem cum templo à Tito euertitur, & tota gens diſpergitur.

Poëſis & Philoſophia & reliquæ literæ vigent.

E decẽ Romanis perſecutionibus prima Neronis, ſecunda Domitiani.

*Bella*, Sueuicum, Parthicum,

thicum, Britannicũ, Iudaïcum.

*Eius Imperatores.* Auguſtus poſt Chriſtũ natũ annis 15. Tyberius 23, Caius Caligula 4, Claudius 13, Nero 14, Galba menſib. 7, Otho m. 4, Vitellius m. 8, Veſpaſianus an. 10, Titꝰ 2, Domitianus 15, Nerua 2, id eſt, duodecim Cæſares.

*Præcipui ſcriptores ſacri,* Apoſtoli, Marcus, Lucas, Nicodemus, Clemẽs Romanus, Linus, Hierotheus, Dionyſius

| *Anni Chriſti.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 1 | PRIMVM SAECVLVM *à Chriſto naſcẽte ad Traiani Imperiũ, & Ioannis Euangeliſtæ mortẽ, an. 100.* | 4089 |
| | nempè | |
| 1<br>32 | Chriſtus an. 32. menſ. 3. dies 10. | 4121 |



* *Liturgiam ſiue Miſſam cũ Symbolo prius inſtituerunt, quã in orbem diſpergerentur, Clemens Conſtit. Apoſt. 8.*

| *Anni Chriſti.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| | * Apoſtoli ante fixam Romæ ſedem Apoſtolicam, an. 12. | |
| 32 | *Chriſti vicarij viſibilẽ Eccleſiæ vnitatem & monarchiam cõſtituentes.* | 4121 |

nyſius Areopagita, Ignatius, Martialis, Hermes, Polycarpus: quibus adiũgi poſsũt Iudæi, Philo, Ioſephus.

*Profani,* Aſinius, T. Liuius, Dionyſius Halicarnaſſeus, Trogus Pompeius, Valerius Max. Cornelius Nepos, Cornelius Gallus, Xiſtus Pythagor. Ouidiꝰ, Feneſtella, Senecæ duo, Perſius, Silius Italicus, Lucanus, Columella, Pomp. Mela, Cornutus Philoſophꝰ, Plinius

Plinius maior, Theſſalus Medicus, Marinus Tyrius Geographus, Higinius, Probus Grãmat. Aſc. Pædianus, Quintilianꝰ, Iuuenalis, Martialis, Stella, P. Statiꝰ, Cornelius Celſus, Apollonius Tyanëus.

*Hebræi*, Ioſeph bẽ Gorion, R. Gãliel maior, R. Ioſua, R. Iohanã ben Zachaï, R. Eliezer, R. Simeon ben Gamliël, R, Gamaliël minor eius filius, R. Simeon ben Natha-

| Anni Christi. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 70 | I *a* PETRVS, Romæ ſedit, an. 24. menſ. 3. dieb. 12. | 4158 |

a *Miſſã primus omnium Apoſtolorũ Antiochiæ celebraſſe traditur. Carolus Magnus libr. de fragmẽtis veteris Eccl. pag. 77.*



*b Petri antea coadiutor, cùm extra vrbẽ proficiſceretur.*

| Anni Christi. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 81 | 2 *b* M. LINVS Tuſcus, an. 11. menſ. 3. di. 12. | 4169 |

Nathanaël, R. Ioſe ſacerdos Galilæus, R. Ioſuë ben Hananiæ, R. Eleazar ſacerdos decimus ab Ezra, Ioſippus, R. Eleazar ben Erech, alius ben Haſma, R. Iohanan ben Nuri, R. Ioſe ben Berocha, Semuël paruus R. Halpatha, R. Ioſe ben Kaſma, Onkelos proſelytus. Atque hæc Rabbinorũ ætas vndecima dicitur, de cœtu ſapientũ, qui Miſna per manus acceperant, à reditu

ditu videlicet è Babylonia.

*Concilia*, Apoſtolicum ſiue Hieroſolymitanum, Act. 15. contra Iudaïſmū vrgentes, reliquorū primum & forma.

*Hæretici*, Simon Magus, primus hęreſiarcha, Pſeudoapoſtoli, Sacramētarij, de quibus Ignatius ad Trallianos, citāte Theodorito. Menandriani, Ebionitæ,

| *Anni Chriſti.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 93 | 3<br>*c* M. CLETVS Romanus, an. 12. menſ. 1. di. 11. | 4181 |

c *Cletus Petro abſente Romanæ Eccleſiæ etiam rexit, ſed in ſuburbiis.*

Che-



d *Canones, Conſtitutiones, & Liturgiā Apoſtolorum, libris, qui Græcè exſtant, (imò & Æthiopicè, & omnibus fermè linguis) mādauit.*

| *Anni Chriſti.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 102 | 4<br>*d* CLEMENS Rom. an. 9. menſ. 6. dies 7. | 4190 |
| | Summa cū interpōtificiis 102. | |

Cherintiani, Nicolaïtæ, Alexander, Philetus, Hymeneus.

Cū Simone Mago, Pſeudoapoſtolis, Sacramētariis, Caluinitæ aliqua habent cōmunia. In ſingulis enim ſæculis perfidiæ ſuæ ſocios habere voluerunt.

Cætera lib. 3 Chronog. à pag. 185 ad 194.

## *Tum contra Centuriatores rhapſodos, Eccleſiæ forma & doctrina erat eadem, quæ nunc.*

HOc primo centenario doctrina, cui hodie Hæretici aduerſantur (nam de alia non controuertitur) per Apoſtolos promulgatur, vel potius à veteri Teſtamento accepta cõtinuatur libris noui Teſtamenti, quadruplici Miſſa: *Apoſtolorum* quæ Græcè ſupereſt noſtræ ſimillima, cum Canone penè cum noſtro eodem, apud Clementem lib. 8. Conſtit. c. 12. & ſeqq. Græci exemplaris, Latini autem 16, 17, & ſeq. & citatur à Gręcis, vt Beſſarione, Marco Epheſio, Nicolao Methonenſi. Ex ea manarunt, deriuatæque ſunt cæteræ, quæ per orbem terrarũ deinceps ſunt peractę, quotidiéque peraguntur, vt in ſæculis ſequentibus oſtendam. *Iacobi fratris Domini*, Græcè vbique venali, & in Cõcilio 6. Oecumenico Conſtantinop. c. 32 recepta. *Matthæi*, quæ & Æthiopica lingua, & Latina interpretatione proſtat, ac *Corban*, id eſt Oblatio, inſcribitur. *Marci Euangeliſtæ*, quam in partibus Alexandriæ vſurpari refert Marcus Patriarcha, Alexandrinus, qui eam celebrabat ann. 1203, in ſuis ad Græcos interrogationibus, pag. Græca 238. Iuris Orientalis. *Traditionibus Apoſtolicis*, quas ne è memoria exciderent, in libros retulit Clemens Apoſtolorum diſcipulus. Canones enim Apoſtolorum ab ipſo publicati, non eorum ſunt ſcripturá, ſed traditiones ſine ſcripto ab ipſis



ipſis in Eccleſia relictę (ſic eos appellat Synodus Gangrenſis antiquiſſima in peroratione) de quibus & idem Clemens, libris Conſtitutionum Apoſtolicarum citatus ab Epiphanio & veteribus infinitis, Dionyſ. libro integro de Eccleſiaſtica Hierarchia, Philo, &c. *Quadrageſima, & ieiunia*. Can. Apoſt. 68 & 69. Clemens Conſtit. lib. 5, cap. 13. & lib. 7, cap. 23. Ignatius ad Philippenſes, Hermes Pauli diſcipulus lib. Similitud. quem Clemens Alex. in Strom. citat. Cætera conſtant, vt de *ciborum delectu*, *monachiſmo*, *precibus pro mortuis*, *ceremoniis*, *ritibus*, *ſacris veſtibus*, *&c.* octo libris de Conſtitutionibus Apoſtolicis Clementis, & aliis ſcriptis Ignatij, Martialis, Hermetis, Dionyſij Areopagitæ, Philonis quantumuis Iudæi. *Miſſam eſſe ſacrificium*, ca. Apoſt. 3 & 4. Dionyſ. de Eccleſ. cap. 3. vbi *hoſtia ſalutaris*, Martialis ad Burdegal. Ignatius ad Smyrnenſes, denique in ſuperioribus quatuor Liturgiis ſiue Miſſis. *Verum illic eſſe corpus Chriſti*, Ibidem, & in nobili illo Ignatij fragmento, quod ex Epiſtola ad Smyrnæos profert ſanctus Theodoritus lib. 3. Polymorphi: εὐχαριστίας καὶ προσφορὰς οὐκ ἀποδέχονται, διὰ τὸ μὴ ὁμολογεῖν τὴν εὐχαριστίαν σάρκα εἶναι τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, τὴν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν παθοῦσαν, ἣν χρηστότητι ὁ πατὴρ ἤγειρεν, Dionyſ. de Eccl. Hier. cap. 3, pag. 150. Græci exemplaris. Per quæ (ſymbola) Chriſtus ſignificatur, καὶ μετέχεται, & participatur, ſiue vnà habetur, &c. & ſub finem illius capitis nonnulla alia eodem pertinentia. *Templa*. Philippus & Bartholomæus templa in Aſia ſuperiore & Syria conſtruxerunt,

Sacerdotéſque & Epiſcopos eis præfecerunt, ex hiſt. Nicephor. lib. 2, cap. 39. Thomas in Indiis, ibid. cap. 40. Templorum conſecrationes, dedicationes, Philo, Clemens. Baſilicas appellabant maiores Eccleſias, & Deo dicabant, eáque Dominica dicebant. Sequentibus centuriis etiam Martyribus, & Martyria nominabant. *Primatus Petri*, Ibid. Dionyſ. cap. 5, pag. Græca 197. Ignatius in inſcriptione Epiſtolæ ſuæ ad Rom. Clemens ſæpiùs, Linus de paſſione Petri & Pauli. *Martyrium magni eſſe meriti.* Ignat. Epiſt. ad Smyrnenſ. Antiochen. Polycarpum, Epheſios. *Virginum inſtitutum & profeſſio*, Idem ad Antioch. Heronem, Tarſenſes, Philo de vita contemplatiua. *Ordines Eccleſiæ* 7. Clemens in Conſtit. & Can. Apoſtolicis, Ignatius & Dionyſius paſſim. *Preces pro defunctis*, Iacobus ter in Liturgia, Matthæus in Miſſa Æthiopum, & in cæteris Apoſtolorum Liturgiis, Hermes viſione 3. Petrus lib. 5. Recognitionum Clementis, Clemens lib. 8. Conſtit. cap. 41. Dionyſius Eccl. cap. de defunctis, Græci exempl. pag. 217, 218, & in Theoria pag. 222. deinde pag. 227. quòd huiuſmodi precatio mortuum iuuet, nempè, vt adipiſcatur quæ à Domino promiſſa ſunt, remiſſionem peccatorum, & ſacrum præmium. *Crux, Crucis ſignum.* Ibid. Dionyſ. & Martialis ad Burdegal. cap. 8. Crucem Domini ſemper in mente, in ore, in ſigno tenete. Crux enim eſt armatura veſtra, &c. *Imagines.* Imago Chriſti fuſilis à muliere poſita, quam Chriſtus à ſanguinis fluxu ſanarat, apud Euſeb. lib. 7, cap. 18. exemplaris Græci, Theophyl. in 9. Matthæi, quam



quam euerſam à Iuliano Apoſtata Chriſtiani in Eccleſiam retulerunt, ex Sozo. lib. 5, cap. 21. Imago Chriſti, quam Agbarus Meſopotamiæ regulus exprimendam curauerat, apud Euagr. lib. 4 hiſt. cap. 26. Imago Chriſti & virginis, quam D. Lucas pinxit, Auguſtin. de Doctr. Chriſt. Damaſc. lib. 4, c. 8. Nicephor. lib. 14, cap. 2. Petrus & Paulus pluribus locis cum Chriſto picti, item Apoſtoli alij. Auguſt. lib. 1. de Conſ. Euangel. cap. 10. *Diuorum innocatio.* In Liturgiis ſuperioribus. Quin & Angelica Virginis Salutatio verbatim in Iacobi & Marci ponitur. *Ceremoniæ*, inductæ in Eccleſiam ab Apoſtolis, primò vt eſſent retinacula pietatis, ſecundò in ſolennitatem & decus ſacrorum, tertiò ad Theoriam, apud Dionyſ. de Eccl. Hierarch. Reliqua iidem & cæteri ſacri huius ſæculi auctores probant. Quod Centuriarores ipſi agnoſcunt, nec ſe aliter expediunt, quàm arguendo Apoſtolos & Apoſtolicos. Exempli gratia, Centur. 1. lib. 2, cap. 10. arguunt Ioannem Euangeliſtam, quòd voluntariam paupertatem doceat, & cuidam inculcet. Item quòd ſpatium aliquot dierum proponat ad pœnitentiam. Matthæum, quòd Mariam ſeruandę virginitatis votum Deo primum vouiſſe prædicauerit, de meritis credentium docuerit, ieiunium Quadrageſimæ commendauerit, Virginem Deo conſecratam nefas eſſe nubere affirmauerit, ducentas amplius virgines conſecrauerit in cœlibatu, & velamen eis ſacrum impoſuerit, quòd denique Miſſam populo Æthiopico dederit. Thomam, quòd Diacono caput totonderit, item ſeptem dierum ieiunia indixerit, & ad omnia crucis

ſignum expreſſerit. Quæ ſi ab eo facta ſunt, res videri volunt ſuperſtitioſas. Andream, qui dies ieiuniis aſſignaſſe, & quibuſdam peccatoribus propoſuiſſe ſcribatur. Et quod proiectioris eſt impudentiæ, ibid. cap. 4, col. 54. v. 15. & ſeqq. D. Iacobi Epiſtolam adulterinam affirmant, non authenticam, neque Apoſtolicam (vt & B. Iudæ, V. 42.) Nam (inquiunt) ab analogia Doctrinæ Apoſtolicæ haud mediocriter aberrat in materia Iuſtificationis & legis in modo docendi, dum de fide in Chriſtum, de beneficio & opere eius prorſus muta eſt. Non eſt igitur abſimile vero, eam à quodam diſcipulo Apoſtolorum ſub finem huius ſæculi, aut inferiori tempore ſcriptam eſſe. An illud eſt Apoſtolicam doctrinam venerari & colere? An purum aliquod ſæculum, ſiue, vt loquuntur, Centuriam conſtituere? Si non parcunt Apoſtolis & Apoſtolorum diſcipulis, quid de puritate ſequentium Centuriarum ſiue ſæculorum ab illis expectare debes?

SECVN-



| *Anni Domini.* | SECVNdum ſæculum, ab an. D. 100, quo Traianus init Imperiũ, & Ioãnes Euangeliſta moritur, ad D. 200. | *Anni mundi.* | INSIGNIORA *ſecundi ſæculi.* |
|---|---|---|---|
| | | | Hoc ſecundo centenario perſecutiones exardeſcũt, Traiani, Adriani, Aurelij, Seueri. Literæ florent, præcipuè Philoſophia, Mathemata, Medicina. *Bella*, cõtra Iudæos, Armenios, Aſſyrios, Meſopotamios, Dacos, Scythas. *Imperatores, Traianus* an. 19. Adrianus 21, Antoninus Pius 23, M. Aurelius Philo- |
| 102 | 5 M. ANACLETVS Atheniẽſis an. 9. menſ. 2. dies 10. | 4190 | |

Philoſophus 18, Commodus 13, Ælius Pertinax diebꝰ 85, Iulianus menſ. 7, Septimius Seuerꝰ an. 18. quinque hoc ſæculo, reliquos tredecim ſequēte.

*Secundi ſæculi ſcriptores*, Iuſtinꝰ Martyr, Rhodo, Aquila Ponticus, Aſianus, Modeſtus, Melito, Philippus Cretēſis, Muſanꝰ, Dionyſius Corinthius, Athenagoras, Apolloniꝰ Senator, Irenæus, Theophilus Antioche. Egeſippus

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 112 | 6 M. EVARISTVS Græcus, an. 9. menſ. 10. dies 2. | 4200 |

ſippus



| | *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|---|
| a *Rituū & ceremoniarū nōnullarum auctor.* | 122 | 7 *a* M. ALEXANDER Rom. an. 7. menſ. 10. dies 2. | 4210 |
| b *Sermone operéque potēs. Cantū ac obſequia diuina auxit.* | 129 | 8 *b* SIXTVS Rom. an. 10. menſ. 3. dies 21. | 4217 |

ſippus, Apollinaris Hieropolitanus, Agrippa, Caſtor, Panthenus Philoſophus, Symmachꝰ, Theodotio, Victor Pap. Sextus & Iudas Chronographi.

*Profani*, Plutarchus, Plinius minor, Iulius, Celſus, Saluius, Neratiꝰ Priſcus, Vlpius, Marcellus, Iabolenus, Iuriſcōſ. Solinus, Corn. Tacitꝰ, Suetonius, Luc. Florus hiſt. Phauorinus, Palæmon,



Dion.

Dion. Mileſius, Heliodorus, Rhetores. Arianus Nicomedienſis, Max. Tyrius, Phauorinus, Epictetus, philoſophi. Milleus mathematicus, & poſt eum 41 annis Ptol. Alexandrinus, Aul. Gellius, Euſtathius, Oppianus poëta. Galenus Medicus, Pauſanias, L. Apuleiꝰ, Iuſtinus hiſtoricus, Meſomedes Lyricus, Taurus Berythius Platonicus, Apollonius Stoïcus, Baſilides Syropoly-

poly-

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 139 | 9 c M. TELESPHORVS Græcus, an. 11. menſ. 3. dies 21. | 4227 |
| 150 | 10 M. HIGINVS Athenienſis, an. 4. menſ. 3. dies 4. | 4238 |

c *Reſtitutor quadrageſimalis ieiunij, triplicis in Natali Dominico Liturgiæ, in eadémque Doxologiæ cõcinẽdæ auctor.*



d *Multa ad Baptiſmi et Euchariſtiæ ſolennitatẽ cõſtituit.*

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 154 | 11 d M. PIVS I. Aquileiẽſis, an. 9. menſ. 4. dies 3. | 4242 |

polytanus, Philoſophi, Fronto Orator, Appian. Alexandr. Athenæus, Macrobius, Voluſius, Metianus, Saluianꝰ, Iulianus, Scæuola Iuriſcõſulti, Iulius Pollux, Aphthonius, Philoſtratus.

*Hebræi.* R. Akiba, R. Iſmaël auctor Mechilta, R. Hoſaphith interpres, R. Meir, R. Simeõ Ben Iohaï, R. Nathan, R. Iuda nepos Gamalielis, quẽ Ribbi, ſimpliciter, vel Rabbenu

Hak-

Hakkados vocant, primus Tānaim ſiue ſcriptorum Miſna (prioris partis Talmud ſiue contextus Talmudici) R. Tarphon, R. Iuda ben Zoma, R. Isbab ſcriba, R. Somaï, R. Hanina bé Tardion, Auctores Middraſoth, Simon ben Azaï, Eliſeus, R. Iuda ben Baba, alius ben Bathros, R. Iſmaël ben Ioſe, R. Phinees ben Iahir, R. Ioſua ben Korha.

*Cōcilia* quinque, Cęſariéſe, Romanū, Galli-

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* | |
|---|---|---|---|
| 163 | 12 *e* M. ANICETVS Syrus, an. 9. menſ. 4. dies 13. | 4251 | e *Ad inſigne Clericatus aliqua adiecit.* |



Gallicanū, Ponticum, Achaïcum, omnia contra Quartodecumanos.

*Hæretici.* Saturninus, Baſilides, Carpocrates, è quo Gnoſtici. Iudaïzantes, Nazarȩi, Cerdon, Archontici, Valētinus, Ptolomæus, Marcus, Marciō, Hermogenes, Apelles, Bardeſanes, Colobarſus, Ophitȩ, Caïnitæ, Sethiani, Lucianus, Seuerianus,

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* | |
|---|---|---|---|
| 172 | 13 *f* M. SOTER Campanus, an. 9 menſ. 3. dies 21. | 4260 | f *Solennem copulationem deſponſatorum, quæ fit benedicente Preſbytero condidit.* |
| 181 | 14 *g* M. ELEVTHERIVS Græcus, an. 15. menſ. 3. dies 2. | 4269 | g *Britannia huic debet ſuam ad religionem Chriſti cōuerſionem.* |

nus, Tatianꝰ, Encratitę, Adamiani, Aſcodrugitæ, Alogi, Montanus, è quo Cataphryges, Valeſij, Falſi martyres, Pepuziani, Prodicus, Angelici, Quintiliani, Artotyritæ, Quartodecumani.

Iudaïzantibus & Nazareis Caluinitæ in aliquibus aſſentiuntur.

Cætera libr. 3. Chronog. à pagin. 194, ad 202.

| Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| 196 | 15 *h* M. VICTOR I. Afer, an. 10. menſ. 3. dies 10. | 4284 | h *Celebris Paſchali diſputatione.* |
| 206 | | 4294 | |
| | Sūma 104. cum interpontificiis tanquã interregnis. | | |

Hoc



HOc ſecundo centenario ſuperiores doctores doctrinam ſanam, quã hodie Hæretici oppugnant, continuarunt. *Miſſam.* Iuſtinus Martyr Apol. 2. poſt Dionyſ. Areopagit. in Eccleſ. Hierarch. cap. 3. & Iren. lib. 4, cap. 34. *Liberum arbitrium.* Iuſtin. q. 103. Iren. toto c. 72, lib. 4. Theophilus lib. 2 ad Autolyc. Athenag. Clemens Alex. in Parænetico, Strom. lib. 2. *Gratia Dei, iuſtificatio, fides.* Clemens Strom. lib. 1, 3, 4. In Pædagog. & cæteri, qui vbique Chriſti meritum extollunt. *Opera.* Clemens lib. 5. Stromat. Gratia ſaluamur, ſed non abſque bonis operibus. lib. 6. Quando audimus, fides tua te ſaluum fecit, non accipimus eum dicere abſolutè, eos ſaluos futuros, qui quomodocunque crediderint, niſi facta quoque conſequantur. Theophil. lib. 2 ad Autolyc. Tatianus. *Pœnitentia.* Clemens Strom. lib. 2, & in Parænetico. Alij vbique. *Vnam fidem in Baptiſmo prodeſſe.* Iuſtin. in Reſponſ. *Miſſam eſſe ſacrificium.* Iren. lib. 4, cap. 32. Iuſtin. contra Tryph. Alex. Pontifex in ſua decretali. *Virginem eſſe aduocatam.* Iren. lib. 5. Iuſtin. q. 28. Quin & in 2 Apol. apertè fatetur Chriſtianos colere totum exercitum bonorum Angelorum. *Primatus Romani Pōtif.* Iren. lib. 5. Epiſcopi illius temporis in hiſtoria Victoris, apud Euſebium lib. 5 hiſtor. Eccleſ. & in Concilio Palæſtino. *Signum crucis.* Iuſtin. contra Tryphon. & q. 118. *Martyriū magni eſſe meriti.* Clemens in Stromat. Eſt expurgatorium peccatorum. *Virginitas.* Dionyſius Corinthius apud Euſeb. lib. 4, c. 23. *Miſsæ ritus, veritas Euchariſtiæ, tranſſubſtantiatio,* Iren. lib. 4, c. 34. Iuſt. 2.

Apolog.

Apolog. Clemens Strom. lib.7. *Baptiſmi Chriſma et ceremoniæ.* Iuſtin. q.136. Iren. libr.1, cap. 18. *Preces pro mortuis, purgatorium.* Irenæus, & qui receptaculũ animarum, in quo dormiant, conſtituêre, non ſatis explicantes, purgatoriúmne eſſet pœna aliqua corporea, an nudum à Deo exilium vſque ad Origenem, qui illud paulò pòſt illuſtrauit. *Delectus ciborum, Quadrageſima.* Montanus hæreſim condit contra Quadrageſimam, pro vna tres inducens: Quartodecumani hæreſim de Paſchate, quibus reſiſtunt Irenęus, Victor Papa, &c. Prętereo ſummorum Pontificum Anacleti, Euariſti, Alexandri, Sixti, Teleſphori, Higini, Pij, Aniceti, Soteris, Eleutherij, Victoris, qui in hanc centuriam cadunt, teſtimonia, vt hæreticis ſuſpecta, quorum Epiſtolæ ſuum habent locum tom.1 Concil. & à Turriano doctiſſimè contra Centuriatores authenticæ demonſtrantur. Cætera ab iſtis improbata probãt omnes huius Sæculi authores, vt non rogati Centuriatores confitentur Cent.2, cap.4. de Doctrina, col. 56, & ſeqq. cap.6, de Ceremoniis & Ritibus, col.109, & ſeqq. cap.10. de Epiſcopis & Doctoribus. col.196, & ſeqq. niſi quòd vt cõſcientię morſus placent, inclinationem doctrinæ, næuos, incommodas opiniones, ſtipulas & errores doctorũ, huiuſmodi fuiſſe ſcribunt. Denique qui hac ętate Sacramentarios, Simonem Magum, & veteres alios hæreticos refellunt, abundè Caluinitis reſpondent.

TER-



| | Anni Domini. | TERTIVM Sæculum, *ab an. D. ducenteſimo, quando Artaxerſes Perſa nouũ apud Perſas Imperium condidit, ſublato Parthico, ad D.300.* | Anni mundi. |
|---|---|---|---|
| *a Canones ſanxit de cõmunione Laïcorũ annua circa feſtum Paſcha.* | 206 | 16 *a* M. ZEPHERINVS Rom. an.7. menſ. 7. dies 10. | 4294 |

INSIGNIORA *tertij ſæculi.*

Factiones, bella ciuilia in orbe Ro.

Perſecutiones Seueri, Maximi, Decij, Valeriani, Aureliani, Diocletiani, Maximiani in Eccleſia. Multi motus in orbe Perſico.

*Bella Perſica & Parthica.*

*Regna noua Perſicum.*

*Imperatores.* L. Idem Seuerus an.13. Caracalla 6, Macri-

Macrin⁹, Heliogabalus 4, Alexander Mãmeæ 13, Maximin⁹ 3. Pupienus & Balbinus m. 1. Gordianã 6, Duo Philippi 5, Decius 2, Hoſtilianus cum Voluſiano 2, Valerian⁹ 4, Galienus 11, Claudius 2, Aurelian⁹ 5, Tacitus 1, Florianus & Probus 7, Carus cum filiis 2, Diocletianus & Maximianus an. 20.

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 214 | 17 *b* M. CALIXTVS Rom. an. 6. menſ. 1. dies 10. | 4302 |

b *De ieiunatione anni quadruplici.*

*Tertij*



*c De vſu vaſorum argenteorũ & patenarũ in ſacris, quæ priùs erant vitrea. De non violãdis vel alienandis Eccleſiæ prædiis.*

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 220 | 18 *c* M. VRBANVS I. Rom. an. 4. menſ. 10. dies 12. | |
| 224 | 19 M. PONTIANVS Rom. an. 9. menſ. 5. dies 2. | 4312 |

*Tertij ſæculi ſcriptores diuini.*

Clemẽs Alexand. Origenes, Caius, Heraclius, Maximus, Candidus, Appion, Tertullian⁹, Ammonius, Minuti⁹ Fœlix, Gregorius Neocæſariẽſis, Tryphon, Hippolytus, Iul. Africanus, Euſeb. Alexand. Cyprianus, Cornelius, Lucius, Stephanus, Dionyſ. Pap. Dionyſius Alexãd. Victorinus Pictauienſis, Phileas, Archelaüs, Euſebius Laodicẽſis, Cyrill⁹ Antio-

Antiochenꝰ, Anatolius Laodicenus, Theonas, Methodius, Malchion Preſbyter. Dorotheus Preſbyter, Pamphilus, Arnobius Lactātij pręceptor.

*Profani.* Papinianꝰ, Caſſius, Vlpianꝰ, Pomponius, Gordianus, Sabinꝰ, Hermogenes, Africanus, Modeſtinus, Celſus, Iulius Paulus, Venatus, alphenus Florentinus, Martianus, Calliſtra-

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 234 | 20 *d* M. ANTERVS Græcus, an. 5. menſ. 1. dies 12. | 4322 |
| 239 | 21 *e* M. FABIANVS, Rom. an. 13. menſ. dies 11. | 4327 |

*d De Notariis, qui res Martyrū accuratè deſcriberēt.*

*e Martyrologia Martyribúſque cœmeteria parauit. Ritū ſacri chriſmatis illuſtrauit.*



f *Schiſma de rebaptiſandis hæreticis ſuſtulit.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 252 | 22 *f* M. CORNELIVS, Rom. an. 2. menſ. 2. dies 3. | 4340 |
| 254 | 23 M. LVCIVS I. Roman. an. 3. menſ. 3. dies 3. | |

liſtratus, Venuleius, Triphonius, Metianus, Proculus, Seuerus, Seuerianus, Marcus Marcellus, Iuriſconſulti, Velleius Paterculus hiſtor. Alexāder Aphrod. Dion Caſſiꝰ, Cenſorinus, Herodianus, Plotinus, Amienus, Porphyriꝰ, Iamblicus, multi alij Platonici.

*Hebræi*, Tanaim multi, R. Hanina, R. Simeon, R. Samuël, R. Alphes, R. qui ſcripſit Siphra & Siphri, bar Cappara, qui Toſaphta, ad elucidandos ſignificatus Miſna, Rab. Haïa, R. Oſaïa, R. Simeon filij Ribbi, vltimi Tānaim, qui & ſcripſerūt Birietoth, & Mechilboth, R. Eleazar nepos bē Iohaï, Rab Nahaman.

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 257 | 24 g M. STEPHANVS Rom. an. 7. menſ. 5. dies 2 | 4345 |

g *Veſtes Sacerdotales & ornamēta altariū retulit.*

Conci-



h *Opum Eccleſiæ probus diſpenſator.*

i *Amplificator Eccleſiæ Catholicæ cōtra hæreſes vbiq; ſuborientes. Presbyteris Romanis (qui poſtea Cardinales appellati ſunt) parœcias vrbis diſtribuit, itémque Epiſcopis diœceſes, vt ſe quiſque certis cōtineret limitibus.*

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 264 | h M. SIXTVS Athen. | 4352 |
| 266 | 26 i M. DIONYSIVS Monachus, an. 6. menſ. 2. dies 4. | 4355 |

*Concilia* 13. Carthaginēſe 1. de Baptiſmo hęreticorum, Arabicum contra Beryllū, Arabianum contra eundem, Romanum contra Nouatianos, Antiochenū cōtra eoſdē, duo Carthaginenſia ſub Cypriano, Romanum de filij conſubſtantialitate, duo Antiochena cōtra Paulum Samoſatenū, Romanū de Marcellino Papa, Sinueſſanum de eodem, Ancyranum contra lapſos, Diis thurificātes,

 vel

vel immolantes.

*Hæretici.* Proclus, Apoſtolici, Beryllus, Sampſæi, & Helceſaïtæ, Theodotiani, Meletiani, Noëtiani & Nouatiani, ſiue Cathari, Sabelliani ſiue Patripaſſiani, Marcellus, Paulus Samoſatenus, Manichæi & lubrici Apocratitæ, Dicaritæ, Cathariſtæ, Abſtinētes, Donatiſtæ, Hieracitæ, Eccetæ, Gnoſimachi, Thnetopſy-

| Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| 273 | 27 *k* M. FOELIX Rom. an. 4. menſ. 3. dies 15. | 4361 | k *S. Martyres in Liturgiæ Diptyca repoſuit.* |
| 277 | 28 *l* M. EVTICHIANVS Tuſcus, an. 1. menſ. 1. dies 1. | 4365 | l *Martyres cũ Dalmatica, vel collobio ſepeliendos cenſuit.* |



| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| | | | | topſychi, Chriſtoliti, Ethnophrones. |
| m *Quatuor minores Ordines, & duos maiores, ante Sacerdotium diſtinxit.* | 278 | 29 *m* M. CAIVS Dalmata, an. 11. menſ. 4. dies 12. | 4366 | Aliquot errores Procli, Nouatianorum, Sabellianorum, Samoſatenorũ, Manichæorum, Caluinitæ renouant. |
| | 286 | 30 M. MARCELLINVS Rom. 6. menſ. 2. dies 16. | 4377 | |
| | | Sũma 196. cum interpōtificiis. | | Cætera libr. 3. Chronol. à pagin. 203, ad 203. |

HOc ſuperiore tertio centenario doctrina ſe continuatur. *Miſſæ deſcriptio.* Clemens lib. 7. Stromat. Tertullian. fuſè in Apologetico, Origenes, Cyprianus paſſim, vt ad Cæcilium Epiſt. 63. cuius meminit Auguſtin. lib. 4. de doctr. Chriſtiana, c. 21. *Euchariſtiam eſſe ſacrificium.* Cypr. lib. 1. ex profeſſo ad Cæcilium, Ep. 63. vbi verum & plenum ſacrificium. & de Cœna, ſacrificium perſtes & ſemper permanens holocauſtum, Tert. lib. de Cultu fœm. Orig. hom. 13, in Leuit. *Continere verum Chriſti corpus.* Iidem, & Cypr. lib. de Cœna Domini, & ſæpiùs alibi. Tertull. lib. de Reſurr. carnis, &c. *Baptiſmum cōferre gratiam.* Cypr. lib. 1. Epiſt. 12. vbi baptizans ſpiritum ſanctum confert, & baptizatum intus ſanctificat. Origenes paſſim. Tertull. lib. de Baptiſm. quo loco diſputat contra eos qui baptiſmum Chriſti & Iohannis eiuſdem docent eſſe virtutis. *Baptiſmi vnctio & ceremoniæ.* Cypr. lib. 1. Epiſt. 12. & de dupl. Martyrio, & lib. de Baptiſ. Cornelius apud Euſeb. lib. 6, cap. 43. Tertull. de Cor. militis, de Reſurr. carnis, & lib. 5. contra Marc. & lib. de Bapt. *Purgatorium,* Tertull. lib. 4. contra Marc. temporale animarum receptaculum, & lib. de Teſtim. animæ. Cui gratiam debes, oſſibus & cineribus eius refrigerium comprecaris, & benè requieſcat apud Inferos cupis. Cyp. lib. 4, Ep. 2. Emundari & purgari peccata diu igne. Origen. multis locis hom. 6. in Pſal. 36. lib. 5 & 6. contra Celſum. In Ioſuë, ciuitates refugij illud adumbraſſe. Hinc Orationes pro defunctis apud Tertul. li. de Cor. mil. de Monogam. de



de Anima, &c. Arnobius ſub finem lib. 4, contra Gentes, his verbis: Cur immaniter noſtra cōuenticula meruerunt dirui? In quibus ſummus Deus oratur, pax cunctis & venia poſtulatur Magiſtratibus, familiaribus, inimicis adhuc vitam degentibus & reſolutis corporum vinctione. *Confirmationis ſacramentum.* Tertull. de Cor. militis, & de Preſcript. Tingit & ipſe quoſdam vtique credentes, & fideles ſuos: ſignant & illi in frontibus milites ſuos: celebrant & panis oblationem. Nam dum ait, *in frontibus ſignant,* clarè oſtendit non de Baptiſmo, in quo vertex ſignatur, ſed de Confirmatione, in qua frons inungi ſolebat, ſe agere. Deinde cùm ait, *milites ſuos,* alludit ad vſum confirmationis, qui eſt milites Chriſti roborare. Et in lib. de Baptiſm. Dehinc manus imponitur, id eſt, ſtatim poſt baptiſma, &c. Et de Reſurr. carnis: Caro abluitur, vt anima emaculetur: Caro vngitur, vt anima conſecretur: Caro ſignatur, vt & anima muniatur: Caro manuum impoſitione adumbratur, vt & anima ſpiritu illuminetur: Caro corpore & ſanguine Chriſti veſcitur, vt & anima de Deo ſaginetur. (Nam olim vno eodémque planè tempore, vt hodie etiam apud Græcos, tria ſimul ſacramenta conferebantur, Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia.) Cyprian. de vnctione Chriſmatis, & aliis ſacramentis. Quin & Epiſtola ad Stephanū, Confirmationem appellat ſacramentum manus impoſitionis. *Primatus Petri.* Tertull. de Pudic. & in Præſcript. & contra Marcion. Cyprianus lib. 1. Epiſt. 8, lib. 3. Epiſt. 11, lib. 4. Epiſt. 8 vbi nominatim ait Romanā Eccleſiam ab omnibus aliis pro matrice

matrice & radice Catholicæ Eccleſiæ eſſe agnoſcendam, lib. 1, Epiſt. 3, & in tract. de Simplicitate Prælatorum: Principalem Eccleſiam vocat Petri Cathedram, à qua vnitas ſacerdotalis exorta ſit. Et lib. 1, Epiſt. 3. lib. 4, Epiſt, 9. Tractat. de hab. virgin. Serm. 3. de bono patient. & Epiſt. ad Quirinum, ſuper Petrum fundatã eſſe Eccleſiam. Origen. tract. 5 in Matth. hom. 17 in Lucam. Denique Patres in hiſtoria Marcellini Pap. *Cõiugium eſt Eccleſiæ ſacramentum.* Verba Tertull. de Monog. *Pœnitentia.* Orig. hom. 11 in Leuit. Cypr. ſerm. de Orat. & ſerm. de Eleemoſyna, & ſerm. de ablutione ped. Tert. lib. de Pœnit. Hinc ſatisfactio pro peccatis. Ibidem Cypr. & lib. 1, Epiſt. 3. & lib. 3, Epiſt. 14. & vbicunque impugnat Nouatianos, qui ſacramentum Pœnitentiæ abolebant. Tertull. lib. de Ieiunio & de Pudic. Origen. hom. 6 in Exod. hom. 15 in Leuit. hom. 3 in Iudic. Contritio & cõfeſſio. Tertull. lib. de Pœnitent. vbi exomologeſin, pœnitentiæ miniſterium vocat. Cypr. ſerm. 5 de Lapſis, lib. 3, Epiſt. 8, 14, 16, 18. lib. 1, Epiſt. 3. & Origen. hom. 2 & 3 in Leuit. & in Pſal. 37 & alij iiſdem locis. *Indulgentiæ Pontificiæ.* Tertull. ſtatim initio libri de Pudicitia. *Sanctorum auxilia, preces, inuocatio.* Origenes ſub finem lib. 2 in Iob, vbi hanc formulam præſcribit. O beate Iob, ora pro nobis miſeris, &c. Hom. 16 in Ioſ. vbi hoc probat teſtimonio ſenioris alicuius magiſtri. Hom. 1 in Ezech. Potamiana Martyr apud Euſebium, 6 hiſt. cap. 5. Cypr. lib. 3. Epiſt. 15 & 18. & Serm. de Stella & Magis. *Imagines,* Chriſti, quarum vnam habebat Alexander Mammeæ in ſuo larario apud Lampridium. Caſſiani martyris ſuper memoria eius. Prudent. περὶ στεφάνων. *Quadrageſima, delectus ciborum.* Tertull. lib. de Ieiunio contra Pſychicos, Cypr. de ieiunio & tentationibus. *Liberum arbitriũ.* Tert. lib. 2 contra Marc. & initio lib. de Exhortat. caſtit. & libro de Monog. Orig. hom. 9. Num. 12, 20. Hom. 6. Iud. & alibi Cypr. lib. 3, epiſt. 3. & lib. 3 ad Quirin. Methodius Serm. de Reſurr. *Iuſtificatio.* Orig. hom. in Cãticum. Ratio fidei primus habeatur ſalutis gradus: vbi duplicem facit, vnam primã fidei, alteram ſecundam operum, quæ nihil aliud eſt, quàm primæ iuſtificationis incrementum. Sic Cypria. vbique extollit meritum Chriſti, propter quod iuſtificemur, & cæteri huius ætatis. *Opera bona requiri ad ſalutem.* Origen. lib. 1 in Iob 1. Tract. 32 in Matth. Tertul. lib. de Patientia. Cypr. lib. 3, c. 25. Diſciplina cuſtos ſpei, retinaculũ fidei. Cętera ab iſtis impugnata confirmant iidem & cæteri huius ſæculi ſcriptores, vt etiam non inuiti confitentur Centuriatores Cent. 3, c. 4. de Doctrina, col. 76, & ſeqq. cap. 6. de Ritibus & ceremoniis, col. 120 & ſeqq. c. 7. de Gubernatione Eccleſiæ, cap. 149, & ſeqq. cap. Denique 10 de Epiſcopis & Doctoribus, col. 215, & ſeqq. niſi quòd inclinationem doctrinæ, incommodas opiniones, ſtipulas, næuos, errores doctorum huius ſæculi eſſe dicunt: Præterea qui refutarunt hoc ſæculo Proclum, Nouatianos, Sabellianos, Samoſatenos, Manichæos, Donatiſtas, eadem opera aliquot blaſphemias iſtorũ repulerunt.

**INSIGNIORA quarti Sæculi.**

Cõſtantini Magni conuerſio.
Romanum Imperiũ ex perſequente Chriſtianũ.
Chriſtus vbique floret, etiam in Indiis.
Eccleſiæ de Idolis triũphant.
Diaboli zizania, hæreſes, doctores innumerabiles.

*Bella.*
*Perſicum.*

*Regna noua.*

*Imperatores,* Cõſtãtius an. 10. Conſtantinus

| Anni Domini. | QVARTVM Sæculum, | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | *ab anno D. 300, quo Cõſtantius Cõſtãtini Magni pater Cæſar eſt conſtitutus, vſque ad annũ 400.* | |
| 302 | 31 *a* M. MARCELLVS Rom. an. 6. menſ. 5. dies 21. | 4390 |

a *Titulos Cardinalibus diuiſit.*



| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 307 | 32 M. EVSEBIVS Grecus, an. 4. menſ. 1. dies 3. | 4395 |
| 311 | 33 *b* M. MILTIADES Afer, an. 4. menſ. 7. dies 9. | 4399 |

tinꝰ Magnus 31. Eius filij, an. 24. Iulianus Apoſtata, 2. Iouinianus menſ. 8. Valentinianus, an. 11. Valens poſt eum, an. 2. Gratianus, an. 6. Valentinianus, an. 1. Theodoſius maior, an. 17.

b *Cõfirmationis ſacramẽtum illuſtrauit.*

*Quarti ſæculi ſcriptores ſacri præcipui,* Athanaſius, Lactantius, Emiſſenus, Iuuẽcus poëta, Ioannes Climachus, Epiphanius, Damaſus, Gregorius Nazanzen.

Greg.

Greg. Nyſſenus, Baſilius; Euſeb. Cæſarienſis, Hieronymus, Cyrill' Hieroſ. Hilarius; Theophilus Alex. Palladius, Pacianus, Phœbadius, Philaſtrius, Optatus Amphilochius, Didymus, Ruffinus, Ephrē, Eutropius, Prudentius poëta, & alij innumerabiles.

*Humani.* Iul. Capitolinus, Hel. Lāpridius, Fl. Vopiſcus, Trebellius Pollio Hiſtorici. Sextus Anienus Ruffus poëta. Lactan-

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 315 | 34 *c* S. SYLVESTER Rom. an. 23. menſ. 10. dies 11. | 4403 |

c *Altare lapideum chriſmate ſacratū in locū lignei ſubſtituit ob ſublatas perſecutiones.*



d *Cantū Symboli Niceni ſacro inſeruit.*

| Anni Domini. | | Anni mundi |
|---|---|---|
| 338 | 35 *d* S. MARCVS Rom. an. 2. menſ. 8. dies 20. | 4426 |

ctātius, Calcidius, Platon. Donatus Grāmaticus, Victorinus Rhetor, Maximus Alex. Metrodorus Philoſophi, Libanius Sophiſta, Iulianus Apoſtata, Maximus Philoſoph', Ammianus Marcell. Symmachus vrb. præfectus.

*Hebræi*, Auctores Midrashoth. R. Iohanan auctor Talmud Hieroſolymitani, ducentis propè annis poſt excidiū, Rabba bar Nahamani auctor Bereſ-

Bereſchith Rabba,& cęterarũ Rabboth. Rabba bar Ioſeph, cuius diſcipuli ad 12 millia. R. Ioſeph cęcus vnus è Chaldæis interpretibus.

*Concilia* 35. Ancyranum ſecundum, Cirtenſe de reis perditorum Sacrorũ librorum, Neocæſarienſe, Nicenum contra Ariũ, duo Romana, Elibertinum, Gangrenſe, duo Arelatenſia, Romanum, Hieroſolymitanũ, Antioche-

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* | |
|---|---|---|---|
| 341 | 36 e S. IVLIVS Rom. an. 15. menſ. 2. dies 6. | 4429 | e *Cœmeteria ſacrari fecit.* |
| 356 | 37 S. LIBERIVS Rom. an. 12. menſ. 3. dies 4. | 4444 | |



| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 368 | 38 M. FOELIX II. Rom. an. 1. menſ. 4. dies 2. | 4456 |

tiochenum, Colonienſe, Sardicẽſe cõtra Arianos, Veronenſe, Arelatenſe, Biterrenſe, Mediolanẽſe, Ariminẽſe pro Arianis, Seleucienſe, Alexandrinum, Biterrenſe cõtra eoſdẽ, Romanum, Laodicenũ, Lampſacenum, Romanum, Illyricum, Aquilienſe, Valẽtinum, Conſtantinopolitanum cõtra Macedonium, Mauritanũ, Carthaginẽſe 2. Romanum, Cæſarauguſtanũ contra Priſcil-

Priſcillianiſtas, Burdegalenſe contra eoſdem, Teléſe cõtra Iouinianũ, Carthaginéſe 3 & 4.

*Hæretici*, Coluthiani, Parœmineutę, qui perperàm ſcripturas interpretãtur, Euſtachiani, Meſſaliani, ſiue Euchitę, Anthropomorphitæ, Aſteriani, Ariani, Macedoniani, Luciferiani, Plotiani, Aërius, Apollinaris, Iouinianus, Seleuciani, Ætia-

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 369 | 39 *f* S. DAMASVS Luſitanus, an. 19. menſ. 3. dies 11. | 4457 |

*f Vitas ſuperiorum Põtificum ſcripſit. Breuiarium D. Hieronymo ordinandum mandauit. Item Epiſtolas & Euãgelia totius anni.*



*g De vero die Paſchatis iudicium Alexãdrinæ Eccleſiæ probat.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 388 | 40 *g* S. SYRICIVS Rom. an. 15. menſ. 11. dies 25. | 4476 |
| 403 | Sũma 107 cum interpõtificiis. | 4491 |

Ætiani, qui & Eunomiani & Anomæi, Priſcillianiſtæ, Vigilantius, Martianus, Heluidius, Collyridiani.

*Caluinitæ* in multis communicant cũ Arianis, Euſtachianis, Aërio, Iouiniano, Meſſalianis, Vigilãtio, Martiano, Heluidio.

Cætera lib. 3 Chronog. à pag. 314 ad 230.



Hoc

HOc quarto ſæculo continuatio doctrinæ ſic habuit. *Miſſa*, Baſilij, Ambroſij, Cyrilli Hieroſolymitani, Damaſi & Hieronymi in lib. qui inſcribitur Comes. *Liberum arbitrium.* Athanaſ. contra Gentes, Baſilius lib. 3, contra Eunomium, Nazianzenus Orat. coram Gregorio Patre habita, Epiphan. lib. 1. Panarij. Manifeſtum eſt, clarúmque, ac minimè ambiguum, quod liberum arbitrium exhibuit nobis Deus &c. Hieronym. Epiſt. ad Cteſiphontem, ad Demetriadem. In Eſa. lib. 3. & alibi, qui tamen contra Pelagianos ſcripſit. Nyſſenus lib. peculiari de lib. arbitrio. Lactantius, & cæteri. *Iuſtificationem* non excludere præſentem diſpoſitionem, vel futura opera. Ephrem, lib. de vera pœnitentia. Hieronym. lib. 8. Com. in Eſa. & in 4 Daniel. Hinc bona opera partes iuſtitiæ, Nyſſenus Orat. 2. de amandis pauperibus vocat. Præſtandum enim aliquid eſſe ex proprio. Hilar. cap. 7. in Matth. & in Præfat. in Pſalmos. Nazianzen. Orat. de pauperũ cura. Ambroſ. Epiſt. 82. *Bona opera*, Caſtitas, continentia, humilitas, obedientia, cæteræque virtutes animæ, pennæ ſunt, quibus ad Deum ſubuolat, Ephrem lib. de beatitud. animæ, c. 2. & in lib. de extr. iudicio, & ſerm. de virginitate. Athanaſ. Apolog. ad Conſtantium, Baſilius Serm. exhortatorio de renunciatione huius ſæculi, & lib. de virginitate, & in Aſceticis. Theoph. Alexandr. lib. 3. Paſch. Denique tota hæc ætas ſanctis operibus plurimum tribuit. *De pœnitentiæ* partibus, exomologeſi, contritione, ſanctificatione, Ephrem lib. 2. de compunctione





punctione cordis, cap. 3. Hilarius in Pſ. 118 ad illud, Exitus lachrymarum tranſierunt oculi mei. Pacianus ad Sempronianum, Epiphanius in Panario, & quotquot ſcripſerunt libros, Sermones, Tractatus, Homilias de Pœnitentia, & aduerſus Nouatianos & Meletianos, qui negabant ſacramentum pœnitentiæ eſſe in Eccleſia. *Veritas corporis & ſanguinis Domini in Euchariſtia & Tranſſubſt.* Athanaſ. li. de Chriſti imagine. Nyſſenus in Orat. Catechetica, qui & Tractatum ſcripſit de trãſmutatione corporis & ſanguinis Domini apud Nicetam lib. 18. Orthodoxiæ. Cyrillus in Myſtagogicis, & quotquot illa ætate huius myſterij meminerunt, quorum teſtimonia Garetius in librum collegit, Tonſtallus, & plerique alij. *Miſſam eſſe ſacrificium.* Nazianz. 1 in Iulianum. Mox ſacrificij incruẽti oblatione manus commaculat. Ambroſ. Epiſt. 33. Miſſam facere, offerre, offerre ſacrificiũ. Item Precatione prima præparantis Miſſam, lib. 4. de Sacram. lib. 1. Off. cap. 48. Athanaſ. q. 34 ad Antioch. Euſeb. lib. 1, cap. 10. de Demonſtr. Concilium Nicenum 14 Can. Hierony. Epiſt. ad Hedibiam & ad Euagrium. Tota denique illa ætas, vt Roffenſis, Sanctius, Caniſius, & alij demonſtrarunt. *Miſſarum ſolemnia & ritus.* In Liturgia Baſilij, in Miſſa Ambroſij, libris eiuſdem de Sacramentis, & de Præpar. ad Miſſam. In Comite D. Hieronymi. Apud Baſil. c. 27. lib. ad Amphiloch. de Spiritu Sancto. quod caput veteres Eccleſiæ traditiones multas complectitur, & Cyrill. Hieroſol. in Myſtagogicis, cum cæteris, quorum ſententias collegerunt Caſſander & Pamelius in

Liturgicis: *Confirmationis ſacramentum.* Ambroſ. lib. 3. de Sacrament. cap. 2. Sequitur ſpiritale ſignaculum, quod audiſtis, hodie legi: quia poſt fontem (baptiſmatis) ſupereſt vt perfectio fiat, quādo ad inuocationem ſacerdotis Spiritus Sanctus infunditur, ſpiritus ſapientiæ, &c. Septem quaſi virtutes ſpiritus, &c. Et mox, Iſtæ ſunt ſeptē virtutes, quando conſignaris. *Inuocatio Sanctorum.* Athanaſius de incarnatione Verbi, & in Euang. de S. Deipara, & de interpretatione Pſalmorum, Baſil. Orat. in 40 Martyr. Nazianz. in fine Orat. in laudem Baſilij, & Orat. in Cyprian. Vbi & virgo quædam amata à Cypriano tunc Mago, inuocatione D. Virginis, ab eius amore ſeruatur. Ambroſ. in lib. de Viduis, & in Precatione 2 præparātis Miſſam. Prudentius in Hymno Laurentij, de 18 Martyrib. de Vincētio, de Caſſiano. Hieronymus de ea ſcripſit contra Vigilātium, &c. Ephrem lib. de compunct. cordis 1. c. 13. Totum denique illud ſæculum, vt Eſſelſius docuit libro peculiari, Caniſius in maiore Catechiſmo, & alij. *Imagines.* Prudentius περὶ στεφάνων, Carmen de Caſſiani imagine poſita ſuper memorias Martyris, Nazianzen. Epiſt. 40 ad Olympium, Exemplaris Græci, 49 Latini tēpore ſuo templa ſtatuis (ἀνδριάσι) exornata fuiſſe. Et in inſomnio de Anaſtaſia Eccleſia,

σὺν τοῖς καὶ μεγάλαυχον ἕδος χριστοῖο μαθητῶν
πλευρῇς σταυροτύποις τετράχα τεμνόμενον.

Cum quibus etiam eſt ſuperbū templum Chriſti diſcipulis dicatū, lateribus crucis pictura figuratis quadrifariam inſectum. De Crucifixi imagine Athanaſius librum edidit. Imaginem Chriſti à Iuliano

Iuliano



Iuliano Apoſtata euerſam Chriſtiani in Eccleſiā deferunt, Sozom. lib. 5, c. 21. Conſtantinus ſignum crucis ſibi monſtratum in cœlo, in militaria vexilla transformat. In dextra ſua ſignum aliud crucis ex auro fabrefecit. Euſeb. lib. 1. vitæ Conſtant. Probiano nolenti crucem adorare Deus apparēs ſignum monſtrauit crucis, quod erat poſitum in altari eiuſdem Eccleſię. Idem lib. 2. Crucifixi imago in ędibus Imperatoris poſita cum gemmis, &c. lib. 3. Nyſſenus Orat. in Sanctum Theod. Imagines eſſe idiotis & ſimplicibus inſtar librorum, quod Gregorius Magnus repetiuit lib. 7, Epiſt. 1 ad Serenum. *Mortuis viuorum preces & opera pia prodeſſe, & purgatorium.* Nazanzen. in Epitaphio Cæſarij, Epiph. hær. 75. contra Aërium, qui id negabat. Lact. lib. 7, cap. 21. Prudent. in Hamartigenia, Hierony. lib. 18. Com. in Eſaiam, & lib. 4, cap. 4, & Marc. 9. Nyſſenus lib. de Anima, & alibi: Chryſoſtomus & Baſilius in Liturgiis, & alibi. Athanaſius Sermonem peculiarem de Dormientibus condidit, citatum paſſim à Græcis. Baſil. Comm. in 9 cap. Eſaiæ. Purgatorius ignis, item expurgatio. *Primatus Romani Pontificis.* Ambroſius Comment. 1. Tim. 3. vbi Damaſum vocat rectorem eius Eccleſiæ, quæ domus Dei & columna & firmamentū veritatis ab Apoſtolo dicitur (.i. vniuerſalis: nam talem illo loco deſcribit Apoſtolus) Conciliū Nicenum, &c. *De ſancta Cruce.* Ambroſ. de obitu Theodoſij, Prudent. Hymno ante ſomnum. Ephrem lib. de Pœnit. c. 3. & lib. de armatura ſpirituali, cap. 2. Denique, quoniam hæc ætas præcipuè abundat libris & ſcriptoribus



omni

omni exceptione maioribus, ex hac maximè decerpitur quicquid facit ad doctrinæ veteris contra nouam, confirmationem. quod & Centuriatores cum magno pudore & conſcientiæ fremitu confitentur Cent.4, cap.4. de Doctrina. col.291. & ſeqq. cap. 5. de Hæreſibus, ſeorſum Donatiſtarum, col.376. Aërianorum 401, &c. cap.6. de Ritibus & ceremoniis, col. 406, & ſeqq. per totum cap.7. de politia & gubernatione Eccleſiæ, col. 483, & ſeqq. aliis cap. 9. de Synodis, col. 610, & ſeqq. cap.10. de Epiſcoporum & Doctorum vitis, col.881, & ſeqq. cap. 11. de Hæreticis, col. 1338. vt in Vigilantio, Aërio, &c. cap. 12. de Martyribus ſparſim, cap. 13. de Miraculis, col. 1434, & ſeqq. Denique qui hoc æuo oppugnarunt Arianos, Euſtathianos, Aërianos, Iouinianum, Heluidium, iſtis & Caluinitis planè ſunt Doctores Papiſtici. Adde totius huius ſpatij Synodos.

INSI-



| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| | QVINTVM ſæculum. *ab an. D. 400 quo præfinitè Arcadius et Honori⁹ adeunt Imperium, Ambroſius moritur, Chryſoſtomus & Auguſtinus fiunt Epiſcopi, ad an. 500.* | |

INSIGNIORA *quinti ſæculi.*

Imperij per Barbaras nationes laceratio, Gotthos, Vandalos, Francos, Hūnos, Burgundos, &c.

Variorum regnorum origo.

*Bella varia in orbe Romano.*

*Regna noua*

*Imperatores,* Arcadius an. 13, Honorius 31. i. 13 poſt mortem

mortem Honorij, Martianus 7, Leo 16, Zeno 13, Anaſtaſius 26, i. nouem hoc ſæculo, reliquos 17 ſequenti.

*Quinti ſæculi doctores præcipui*, Auguſtinus, Chryſoſtomus, Innocentius, Cyrillus Alex. Syneſi⁹, Marcus Eremita, Theodoritus, Poſſidius, Heſychius, Oroſius, Iunili⁹, Leo Magnus, Gelaſius, Primaſius, Eucherius, Proſper, Salonius, Sedulius, Hilarius Arelatenſis, Vin-

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 403 | 41 S. ANASTASIVS Rom. an. 3. menſ. 1. dies 10. | 4491 |
| 406 | 42 *a* S. INNOCENTIVS, Albanus, an. 13. menſ. 2. dies 25. | 4494 |

*a Eccleſiaſticā Religionem mirè auxit.*



| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 421 | 43 S. ZOSIMVS Græcus, an. 1. menſ. 3. dies 12. | 4505 |
| 423 | 44 *b* S. BONIFACIVS an. 3. menſ. 8. dies 17. | 4507 |

*b Vigilias nocturnas ad ſepulchra Martyrum ſuſtulit, retentis ieiuniis.*

centius Lirinenſis, Paulinus, Sulpit. Seuerus, Caſſianus, Maximus Taurinēſis, Socrates, Sozomenus, Chromatius, Petr⁹ Chryſolog⁹, Exiguus Abbas, Proclus Conſtant. Paſchaſius, Idacius, Gennadius, D. Benedictus, Marcellinus Comes, Saluianus.

*Profani*

*Profani*, Eunapius, Zoſimus Comes, Sextus Aur. Victor, hiſtorici. Proclus, Seuerianus, Damaſcenꝰ, Marinꝰ Neapolitanus.

*Hebræi*. Amoraim auctores Ghemaræ, ſiue deciſionis Talmudicæ (poſterioris partis, & q. complementi Talmud Babylonici) Rab Aſe, eorum primus, qui moritur anno Chriſti 427. Merimar & Marcius filij & ſocij,

| Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| 426 | 45 c S. CAELESTINVS Cãpanus, an. 8. menſ. 10. dies 17. | 4510 | c *Multa ordinauit.* |
| 434 | 46 d S. SIXTVS III. Rom. an. 8. dies 18. | 4518 | d *Ditator Eccleſiarũ profuſiſſimus.* |



| | Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|---|
| e *Doctrinæ, vitæ & ſcriptorũ præſtantia magnus.* | 442 | 47 e S. LEO MAGNVS Tuſcus, an. 21. menſ. 1. dies 13. | 4526 |

ſocij, qui anno ferè octogeſimo eam inchoatam abſoluunt. R. Sima, vltimꝰ Amoraim, qui moritur an. 476. Quo Maſoretæ, quorũ principes Aaron ben Aſer, & Iacob ben Nephtali, puncta accẽtúſque excogitãt, & Maſoram edũt.

*Concilia*, 32. Alexandrinum contra Origenem, Carthaginẽſe 5, Toletanũ 1, Taurinatẽſe, Hipponẽſe, Collatio Carthaginenſis, Mileuitanum, Carthaginẽſe, 6

ſe 6, & 7. Africanũ contra Pelagianos, Epheſinum contra Neſtorium, Rhegienſe, Agathenſe, Romanum, Chalcedonenſe contra Eutychen, duo Arauſicana, duo Valéſia, Carpétoractéſe, Arelatéſe 3, Romanum, Cõſtantinopolitanum contra Eutychen, Tyriũ, Berytenſe, Turonenſe, Romana duo, Tarraconenſe, Aurelianenſe, Gerundenſe, Epaunenſe.

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 463 | 48 *f* S. HILARIVS Sardus, an. 7. menſ. 3. dies 10. | 4551 |
| 470 | 49 *g* S. SIMPLICIVS Tiburtinꝰ, an. 15. menſ. 1. dies 7. | 4558 |

f *Trium Synodorum confirmator & defenſor accerrimus, Nicenæ, Epheſinæ & Chalcedonenſis. Duas Bibliothecas inſtruxit; tẽpla ditãdo ornauit, & eleemoſynas largiter diſperſit.*

g *Maſoretæ florent.*

*Hære-*



h *Collectarum Eccleſiaſticarum & Hymnorum partim cõcinnator, partim conditor.*

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 485 | 50 S. FOELIX III. Rom. an. 6. menſ. 11. dies 17. | 4573 |
| 462 | 51 *h* S. GELASIVS Afer, an. 5. menſ. 8. dies 17. | 4580 |
| 498 | 52 S. ANASTASIVS II. Rom. an. 1. menſ. 10. dies 24. | 4586 |
| | Summa 97 cum Interregnis. | |

*Hæretici*, anno 400. Pelagiani, hinc Abeloitæ, Nazareni, prędeſtinati, Neſtoriani, pſeudomoſes Cretẽſis, Eutychiani, Gaïuitæ, Ibas, Diacrinomeni, ſiue Hæſitantes.

*Caluinitæ*, in aliquibꝰ capitibus ſequuntur Pelagianos, Prædeſtinatos, Neſtorium.

Cætera lib. 3 Chronogr. à pag. 231 ad 244.

QVINTO ſæculo cõtinuata eſt doctrina. *Miſſa*, Chryſoſtomi, Gelaſij. *Liberum arbitrium.* Paſſim Chryſoſt. eius patronum agit, vt Hom. 8 ad Philip. Hom. 9. in cap. 1. Ioan. Hom. 45 & 46 in 6 Ioan. Auguſtin. ipſe gratiæ præco contra Pelagianos vehemẽtiſſimus, lib. 1 ad Simplicianum, q. 2. & in Solutionibus quæſtionum, q. 1. Neque enim (ait) voluntatis arbitrium ideò tollitur, quia iuuatur, ſed ideò iuuatur, qui non tollitur, &c. Itẽ de Spiritu & litera c. 33. Velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus miſericordia eius præuenit nos. Conſentire autem vocationi Dei, vel ab ea diſſentire, propriæ voluntatis, &c. Proſper, Cyrillus 3 & 8 contra Iulianum. Alij omnes huius ætatis, quibus alioqui pugnandum erat pro diuina gratia cõtra Pelagianos eius inimicos. *Secundam iuſtificationẽ requirere opera.* Chryſoſt. Hom. 6. in 1 Ioan. & in dicto ad Rom. 3. Iuſtificati gratis. Auguſtinus nihil aliud intelligi docet per vocem, *Gratis* quàm quòd iuſtificationẽ opera nulla præcedunt De Spiritu & lit. c. Proſper. lib. 1. de Vita contempl. cap. 19. Heſych. cap. 25. Leuit. 4 & 5. Sedulius in cap. 2 Rom. in 5 Philipp. *Non ſolam fidem ad ſalutem ſufficere.* Cyrill. Alex. lib. 10, c. 18. in Ioan. 5. Leo Serm. 3. de Epiphania. Sic Primaſius in 2 cap. Gal. Quæritur vtrum ſola fides ſufficiat Chriſtiano. Fides ſufficit, vt primò credentem & iuſtum efficiat, ſi deinceps in iuſtificatione permaneat. Cæterùm ſine operibus mortua eſt. Item in c. 4 Gal. & in 3 Heb. Saluianus lib. de Prouid. Hæc ſit hominis Chriſtiani fides, fideliter Chriſti

mandata



mandata ſeruare. Quare & ipſe Auguſt. Pelagianorum præcipuus inſectator, bonis operibus multum tribuit, lib. 2. de Peccatorum meritis, cap. 3, & c. 15. probat multis Scripturarum teſtimoniis mala opera damnare, bona vitam æternam mereri. *Interceſſio Sanctorum.* Chryſoſt. hom. 1, & 44 in Geneſim, & paſſim alibi, Auguſtin. in lib. de cura pro mort. c. 16. & paſſim. Theodorus q. 1 in Leuit. lib. 8 de Curatione Græc. qui de Martyrib. inſcribitur. Totum hoc denique ſæculum, vt Eſſelſius libro peculiari docet. *Imagines.* Petrus & Paulus cum Chriſto pluribus locis picti. Auguſtinus de Conſenſu Euang. lib. 1, c. 10. Apoſtoli in pictis parietibus, ibidem. Earum primus oppugnator hoc exoritur Xenaias, ſiue Philoxenus, Hierapoleos Epiſcopus, contra quem multi, ſub anno 494. Crucis pictura cælaturáque in purpuris, in diadematis, in precibus, in armis, in menſa ſacra, & in toto orbe, apud Chryſoſt. lib. Chriſtum eſſe Deum: vbi & beſtiarum etiam corpora malè affecta crucis forma ſignari. Super altare Michaëlij (templi cuiuſdam) poſita Crux Sozom. lib. 2, cap. 3 hiſt. Tripart. lib. 2, c. 19. Ne ve quis ignoret ſpeciem crucis eſſe colendam, quæ Dominum portauit ouans, ratione potenti. Sedul. Cyrill. lib. 6 contra Iulianum Apoſtatam. *De pœnitentia & eius partibus, præſertim Confeſſione.* Chryſoſt. hom. de lapſu primi hominis, hom. 3 in 2 Cor. 2. hom. 3 Matth. Heſychius lib. 7. in cap. 27. Leuit. de duobus annis, remiſſionis ſcilicet & Iubilei, quorum vnus (inquit) baptiſmum apertè inſinuat, alter pœnitentiam. Eucher. lib. 4 in lib. Reg. Leo epiſt. 91, 69. Cyrill. lib. 3 in Leuit.

m

Auguſt.hom.49, lib. 2 de viſitatione infirmorum c.4. *Veritas corporis & ſanguinis in Euchariſtia, & trāſſubſtantiatio, & oblatio.* Chryſoſt. in Liturg. hom. de Euchariſtia, hom. in Pſ. 114. hom. 83. in 26. Matth. hom. 1 cap. Epheſ. ho. 84. in Ioan. 19. hom. de Prodit. Iudæ, homil. de Reſurr. hom. 21. in Acta, hom. 6 ad Pop. Antioch. li. 6 de Sacerdot. Eucher. lib. 1 in Geneſin, Auguſt. epiſt. 111 & 118 quæ ad Ianuarium, vbi ſexies Offerendi verbo vtitur abſolutè, pro Miſſam celebrare. Lib. 2 contra Petilianos, c. 37. hom. 2 in Pſal. 33, & Pſal. 37 vbi Chriſtus ferebatur manibus ſuis, &c. in Pſalm. 119. Serm. 28 & 40 de verbis Dom. hom. 16. Serm. 38 ad fratres in Eremo. ſerm. ad Neophytos, de ciuit. Dei lib. 21. c. 25. Quod *Sacrificium eſſe* docet in Enchirid. in Pſal. 33 lib. 9. Cōfeſſ. cap. 13. Epiſt. 59, lib. 10 de Ciuit. cap. 6. epiſt. ad Bonifacium 23, & lib. de Spiritu & lit. c. 11. Veriſſimum & ſingulare ſacrificium vocās. Cyrillus Alex. in Ioan. lib. 3, 4, 10. Concil. Epheſ. & Chalcedon. & cæteri huius ætatis. Recurre ad Garetium & Tonſtallum. Nam omnibus memorandis eſſem prolixior. *Preces pro mortuis, & Purgatorium.* Auguſt. in Enchirid. c. 10, & 69 in Pſ. 6 & 37. de Cura pro mort. c. 1, 5, & q. 11 ad Dulcitiū, Serm. 34 de verb. Apoſt. de Spir. & anim. c. 29. Chryſoſt. in Liturgia, & ad Philippenſes, iuuari eos non tātùm precibus, ſed & eleemoſynis & ſacris oblationibus, &c. Cyrillus, & reliqui huius ætatis, dempto nemine. *Primatus Petri.* Sozom. lib. 3, c. 7. Cyrillus lib. 2 in Ioan. c. 12. Aug. li. 1. Rectrat. c. 21, & in Pſ. contra Donat. Serm. 124 de tempore, Chryſ. h. 83 in Matth. &c. Cęterorū capitū memoriam ex plurimis



rimis huius ſæculi ſcriptorib. collegerūt innumerabiles noſtri tēporis viri eruditi, vt eá nihil neceſſe ſit retexere. Addendū duntaxat, Centuriatores fateri totum hoc ſæculum ſibi etiam hoſtiliter aduerſari, Cent. 5, cap. 3. de perſecutione & tranquillitate Eccleſię, col. 25. ſparſim. Cap. 4. de doctrina, per totum, maximè illa parte, quæ inſcribitur, inclinatio doctrinæ complectens incommodas opiniones, ſtipulas, & errores doctorum huius ſæculi, col. 496, & ſeqq. ca. 5. de hæreſibus, col. 529 ſparſim Per totum cap. 6. de Ritibus & ceremoniis Eccleſiæ, col 641, & ſeqq. Per totum cap. 7. de Politia & gubernatione Eccleſiæ, col. 733, & ſeqq. Cap. 9. ſparſim, col. 808. de Synod. Cap. 10 de Epiſcoporum & Doctorum vitis, col. 988, & ſeqq. Cap. 11 de Hæreticis, ſparſim, prout eum illis colludunt, col. 1453. Denique ſparſim, c. 12. de Miraculis, col. 1470. Adde eos, qui iſto æuo ſcripſerunt de Hæreſibus. Item cōtra Nouatianos, Manichæos, Donatiſtas, Iouinianiſtas, Vigilantios, Aërianos, Pelagianos, Prædeſtinatos, Neſtorianos, Eutychianos, ſimul iſtos eadem ſentientes oppreſſiſſe.

**INSIGNIORA ſexti Seculi.**

Dei flagella per Romanum Imperium, Totilas, Slaui, de quib⁹ Saluianus.

Mahometes.

Monachorum doctoribus ſuccedentium ſanctitate illuſtrium ſæculum.

*Bella*

*Regna.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | SEXTVM SAECVLVM. | |
| | *ab anno 500, quo S. Symmachus Pontificatũ ſummũ adit, Clodoueus Rex Francorum conuertitur & conſecratur, Talmud à Rabbinis abſoluitur, ad an. 600.* | |

*Impe*



a *Innumeras baſilicas conſtruxit, vel reparauit, Pauperibus de habitaculis, & victu liberaliter proſpexit, captiuos redemit exulantibus Catholicis pecunias veſtéſque miſit.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 500 | 53<br>*a* S. SYMMACVS Sardus, an. 15. menſ. 6. dies 22. | 4588 |

*Imperatores.* Idem Anaſtaſius an. 17. Iuſtinus ſenior, an. 9. Iuſtinianus, 39, Iuſtinus iunior, 11. Tiberi⁹, 7. Mauritius, 20.

*Bella.*

*Regna noua,* Franciæ per Clodoueum.

*Sexti ſæculi ſcriptores præcipui.* Symmachus Pōtif. Iuſtinianus Imperator, Fulgentiu

m iij tiu

tius, Auitus, Ferrandus, Alcimus, Maxĕtius, Boëtius, Euodiꝰ, Caſſiodorus, Iuſtus Regiēſis, Mamercus, Fortunatus, Paſchaſiꝰ diaconus, Sidonius Apollinaris, Greg. Turonenſis, Gregor. Magnꝰ, Iſichius, Venantius, Olympiodorus, Andreas Hieroſ. Gildas, Ruſticus, Arator, Iornādes Gotth. Epiſcopus, Euagrius, Victor Vticenſis, Fauſtus Orgelitanꝰ, Theodulus, Thalaſſius, Nicephorus cartophylax,

Mi-

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 515 | 54<br>*b* S. HORMISDA Cāpanus, an. 7. dies 18. | 4603 |
| 524 | 55<br>*c* M. IOANNES Tuſcus an. 2. menſ. 8. dies 28. | 4612 |

b *Sub hoc Cathedra Apoſtolica multas opes conſecuta eſt.*

c *Tria cœmeteria ſtruxit, & multis donis tēpla locupletauit.*



Michaël Syngelus.

d *Quoſdam Canones reliquit.*

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 527 | 56<br>S. FOELIX IIII. Samius, an. 4. menſ. 2. dies 13. | 4615 |
| 531 | 57<br>*d* S. BONIFACIUS II. Rom. an. 2. dies 2. | 4619 |

*Humani.* Priſcianus, Grāmaticus, Hunibaldus Frācus, Tribonianꝰ, Theophilus, Dorotheus Iuriſcōſulti, Procopius, Agathias hiſtorici, Ioan. Philoponus Philoſophus.

| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| | 533 | 58 *e* S.IOANNES II. Rom. an. 2. menſ.4. | 4621 | e *Cæcū illuminauit.* f *Mutum & claudum ſanauit. Eius inſtituto dieb⁹ dominicis minore proceſſione circuuntur.* |
| *Hebræi*, Seboraim in duo ferè ſæcula.i.annos 187. Primus Rabbena. | 535 | 59 *f* S.AGAPETVS Roman. menſ. 11. dies 19. | 4623 | |
| | 536 | 60 *g* M.SYLVERIVS Campan. an. 1. menſ. 5. dies 12. | 4624 | g *Tum Maurus à S. Benedicto miſſus Gallias Monaſticen edocet.* |

*Concilia*



| | Anni Domini. | | Anni mundi | |
|---|---|---|---|---|
| | 537 | 61 S. VIGILIVS Rom. an. 18. menſ. 6. dies 26. | 4625 | *Concilia*, 41. Rauennéſe, Ilerdéſe, Valentinum, Romana ſeptem, Aurelianenſe 4. Cæſaraugustanum, Gerundéſe, Taraconenſe, Ilerdenſe 2. Valentinum 2, Toletanū 2, Conſtantinopolitana duo, Hieroſolymitanū 2, Bracaréſe, Cōſtantinopolitanum Oecumenicum quintū cōtra Antemiū, &c. Antiochenum, Aurelianenſia 2 & 3. Aruernéſe. Turonenſe, Aurelianenſe 4 & 5. Pariſiéſia duo, |
| h *Septē horarum canonicarū refector.* | 555 | 62 *h* S.PELAGIVS Rom. an. 6. menſ. 10. dies 28. | 4643 | |
| i *Dānauit Chorepiſcopos.* | 562 | 63 *i* S.IOANNES III. Rom.an.12. menſ. 11. dies 26. | 4651 | |

duo, Bracarẽſe, Lucenſe, Conſtantinopolitanum contra Monothelitas. Hiſpalẽſe, Toletanũ 3. Matiſconenſia duo, Gradenſe, Brenniacenſe, Romana duo, Lateranenſe.

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 576 | 64 S. BENEDICTVS Rom. an. 4. menſ. 1. dies 28. | 4663 |
| 580 | 65 k S. PELAGIVS II. Rom. an. 10. menſ. 2. dies 10. | 4667 |

k *Domũ paternã in Cœmeterium vertit. Ad recitationem* Breuiarij *Clericos obligauit.*

*Hæretici*, Eutychianorũ ſectæ duodecim, Seueriani, Triteitæ, Theopaſchitæ, Xenaïas, Acephali, Aphthartodocetæ, Monophyſi-



phyſitę, Sadducæi, Anabaptiſtæ, Agnoëtę, Iacobitæ, Cononitę, Gaiani.

l *Cultum diuinũ, vt hodie habet, ordinauit, atque inde cãtus* Eccleſiaſticus, *cãtus Gregorian⁹ dicitur. Multa ei debet Eccleſia.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 590 | 66 l S. GREGORIVS Magnus, an. 13. menſ. 6. dies 10. | 4678<br>4683 |
| | Summa cũ interpõtificiis, 104. | |

*Caluinitæ* accedũt ad Xenaïam, Agnoëtas, Monothelitas.

Cętera lib. 3 Chronolog. à pag. 244. ad 260.

SEXTO ſæculo continuata eſt doctrina. *Miſſa*, è Gregorij Magni Antiphonario, & libro Sacramentorum, & libris Gregorij Turonenſis, qui & Miſſæ vocabulum, & memoriam paſſim celebrat, vt cap. 6. in vitas Patrum. *De clauibus Eccleſiæ.* Orientales Epiſc. ad Papam Symmachũ. Gildas in caſtigatione ordinis Eccleſ. Greg. Magnus ho. 26. in Euangelia. *Veritas Euchariſtiæ, tranſubſtantiatio*, ſacrificium. Maxentius dial. 2. Andreas Hieroſ. Caſſiod. in Pſ. 64. Greg. hom. 14. 22. in Euangelia, & in Pſal. pœnit. *Liberi arbitrij & gratiæ concordia.* Olymp. in Eccleſ. & Euod. in Epiſt. ad Conſtantin. Greg. Mag. lib. 35, c. 21 in Iob. & & lib. 1, in Ezechiel 9. *Secundum iuſtificationem requirere opera*, Olymp. in 7 Eccleſ. Caſſiod. in Pſ. 6. Greg. in Ezechiel. lib. 2. hom. 2. Iuſtificationes Dei (ait) dicimus præcepta diuina, quæ nos iuſtos faciunt, ſi impleantur. *Bona opera ad ſalutem requiri.* Greg. in 1, cap. 1. Reg. in Ezech. lib. 1. hom. 3, 9. & lib. 2. hom. 16, 19. & in Euangel. hom. 12, 22 & 29. Iuſtus in Cantica. *Sanctorum interceſſio, præſidia, merita.* Fortunatus de Baſilicis D. D. Georgij, Martini, &c. Greg. lib. 12. Indict. 7. Epiſt. 17 & 22. lib. 11. Indict. 6. Epiſt. 8 & 44. lib. 2. lib. 7. Indict. 2. Epiſt. 53, 94. 126. Euodius ad Fauſtum. Turonenſis paſſim, vt in lib. Vitæ Patrum. *Imagines.* Greg. Magnus, cuius tamẽ Epiſtolam è lib. 7, Epiſt. 109. ad Serenum Epiſcopum Maſſilienſem allegare audent, in contrarium vſum Imaginum, probat & docet eodem libro 7, parte ſecunda, Epiſt. 5 & 53 ad Secundinum. Ab re non facimus, ſi per



viſibilia inuiſibilia monſtramus, &c. Scio quidem, quòd imaginem Saluatoris noſtri non ideò petis, vt quaſi Deum colas, ſed vt ob recordationem eius in illius amore recaleſcas, cuius te imaginem videre conſideras. Item lib. 9. Epiſt. 9. Imaginis Ch[illegible]i ad Agabarum miſſæ virtute Edeſſam ſuo tempore liberatam ab expugnatione & incendio perſonarum, Euagr. cap. 26. lib. 4. Turonenſis lib. 1. de gloria Martyrum, facta mentione ſtatuæ Domini, de qua Euſeb. cuius locum etiam affert cap. 22 & 23. declarat ſua tempeſtate in Dei Eccleſia fuiſſe vſitatiſſimas. *Pœnitentia, & eius partes.* Greg. lib. 6. in 15, cap. 1 Reg. Non ſolùm confitenda ſunt peccata, ſed etiam pœnitentiæ auſteritate delenda. & pòſt, Tria quippè in vnoquoque veraciter Pœnitente conſideranda ſunt, mentis conuerſio, oris confeſſio, & peccati vindicta. Et in Ezech. li. 2. hom. 16. & in Pſ. Pœnitẽt. & lib. 3. in 7 cap. 1 Reg. & lib. 4. in cap. 10. & lib. 6. in 15 cap. Caſsiod. in Pſal. 4. *Preces pro mortuis, purgatorium.* Boëtius lib. 4. Conſ. Proſa 4. Greg. lib. 4. Dial. cap. 39. lib. 2. in cap. 21. Reg. in 1 & 3 Pſal. pœnit. citato D. Auguſtino. Cætera iidem & cæteri huius ſæculi ſcriptores abundè probant, vt contra ſe teſtantur Centuriatores Cent. 6, cap. 2. de loco Eccleſiæ, col. 20, & ſeqq. ſparſim. Cap. 3. de perſecutione & tranquillitate Eccleſiæ ſparſim, col. 42, & ſeqq. Capite toto 4. de Doctrina, maximè col. 277. Cap. 5. de hæreſib. col. 288. ſparſim, prout eas amplectuntur. Per totum cap. 6. de Ceremoniis & Ritibus Eccleſiarum, col. 325, & ſeqq. Per totum cap. 7. de Politia

& gu-

& gubernatione Eccleſiæ, col.587. Cap.9. de Synodis, ſparſim.459, & ſeq. Toto ferè cap. 10. de Epiſcopis & Doctoribus, col.633, & ſeqq. Cap.13. de Martyribus ſparſim, col.785, cap.14. de Miraculis, col.789. ſparſim. Quinetiam eorum errores multi ab iis refelluntur, qui ex profeſſo Xenaïæ, Eutychianis, Agnoëtis, Monotheletis, præter ſuperiorum ætatum hæreſes, reſtiterunt. Adde totius huius curriculi Synodos.

SEPTI-



| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* | |
|---|---|---|---|
| | SEPTIMVM SAECVLVM. | | INSIGNIO*ra ſeptimi ſæculi.* |
| | | | Mahometis & Saracenorum apoſtaſia orbē terrens. |
| | *ab an. D. 600 quando Phocas Imperiũ ſuſcipit, & iuxta quoſdã infœlix Mahometes naſcitur, ad an. 700.* | | *Bella Saranica.* |
| | | | *Regna noua,* Saracenorũ varia. |

*Imperatores.* Phocas an. 8. Heraclitus an. 29. Cōſtātinus eius f. menſ. 4. Heracleonas 2. Conſtans 27. Cōſtantinus Pogonatus 17. Iuſtinianus 2 an. 10. Leontinus ſiue Leo 2, 3.

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 604 | 67 *a* S. SABINIANVS Bledenſis, an. 1. menſ. 5. dies 9. | 4692 |
| 607 | 68 *b* S. BONIFACIVS III. Rom. an. menſ. 9. | 4695 |
| 608 | 69 *c* S. BONIFACIVS IIII. Marſius, an. 6. menſ. 8. dies 13. | 4696 |

a *Cāpanas ſeu tintinnabula inuenit.*

b *Vt electio Epiſcopi fieret à Clero pariter & populo, inſtituit.*

c *Verſo Pantheo in templum S. Mariæ & omniū Martyrum, feſtum omniū Sāctorū ad Calēdas Nouembris indixit.*

*Septimi ſæculi ſcriptores præcipui.* Ioānes Cōſtāt. Ioan. & Maximus Cęſarauguſt. Seuerus Alexādrinus, Iſidorus Hiſpalenſis,



lenſis, Clemens Arelatenſis, Adelmus Anglicus, Iulian⁹, Pomerius, Anaſtaſius, Synaïta, Cæſarius Arelatēſis, Theodorus Cantuarienſis, Maudulphus Scotus, Leo 2. Sophron. Hieroſolym. Martinus Bracarenſis, Eugeni⁹ Toletanus, Ildelphonſus.

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 615 | 70 S. DEVSDEDIT, Rom. an. 3. menſ. 3. dies 20. | 4703 |
| 618 | 71 *d* S. BONIFACIVS 5. Neapol. an. 5. dies 20. | 4706 |
| 623 | 72 *e* HONORIVS Cāpanus, an. 12. mēſ. 11. dies 17. | 4711 |

d *Cauit, ne vi traheretur, qui ad Eccleſias confugiſſet,*

e *Reformator Cleri & multorū templorum tam extructor quā reſtaurator.*

| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| | 637 | 73 *f* SEVERINVS Rom. an. 1. menſ. 2. | 4725 | f *Laudatur ab eleemoſynis.* |
| *Humani.* Simplicius philoſoph', Mahometes Saracenorũ legiſlator, Halis & multi Arabes & Saraceni. | 638 | 74 *g* IOANNES IIII. Dalmata, an. 1. menſ. 9. dies 9. | 4726 | g *Pius in redimendis captiuis. Hoc tempore à Saracenis Syria, Ægyptus, Perſia ſubigitur, Rhodus, &c.* |
| | 640 | 75 *h* S THEODORVS Græcus, an. 6. menſ. 5. dies 18. | 4728 | h *Largus in pauperes.* |



| | Anni Domini. | | Anni mundi | |
|---|---|---|---|---|
| i *Vehemens in hæreſes, quibus vſque ad mortem reſtitit.* | 646 | 76 *i* M. MARTINVS Tudertinus, an. 6. menſ. 1. dies 26. | 4734 | *Hebræi,* Rabbi Iſana, vltimus Seboraïm moritur, an. 689. R. Aha ſcriptor Seëltoth.i. Quæſtionum in pręcepta Legis, R. Simeõ Kera, auctor Hilcoth Ghedoloth. |
| | 653 | 77 EVGENIVS Rom. an. 2. menſ. 9. | 4741 | |
| k *Cantũ ordinauit in* Ec*cleſia.* | 657 | 78 *k* VITALIANVS, Volſcus, an. 14. menſ. 6. | 4745 | |

*Concilia 39.* Romana duo, Lucenſe, Bracarenſe, Antiſiodorenſe, Matiſcouenſe, Francicum, Hiſpalenſe, Toletanũ 4. Aquilienſe, Toletanum 5 & 6, Bracarenſe, Hieroſolymitanũ, Romanũ cõtra Monothelitas, aliud contra Pyrrhum, Africanum cõtra Monothelitas, Byzancenum, Proconſulare, vtrumque in Africa, Toletanum 7, Lateranéſe cõtra Monothelitas, Toletanum 8, 9, 10.

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 671 | 79 S. ADEODATVS Rom. an. 4. menſ. 2. dies 5. | 4759 |
| 675 | 80 DOMNES Romanus, an. 5. menſ. 5. dies 10. | 4763 |
| 680 | 81 *l* AGATHO Siculus, an. 2. menſ. 6. dies 16. | 4768 |

l *Triſtẽ neminẽ à ſe nunquã dimiſit.*



m *Geminam Sacerdotũ pſalmodiã compoſuit, Hymnos ad meliorem concentũ redegit. Electiones Epiſcoporũ valere noluit, ſine cõfirmatione Põtificis, ſed ſine redemptione Pallij.*

n *Doctus & munificus Eccleſiarũ ſtructor.*

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 684 | 82 *m* S. LEO Siculus, an. 2. menſ. 10. | 4772 |
| 686 | 83 *n* S. BENEDICTVS II. Rom. menſ. 10. dies 12. | 4774 |

10, Cabilonéſe, Romanum, Bracarenſe, Anglicanum, Herudfordianũ, Toletanum 11. Bracarenſe 3, Hebdifeldéſe, Anglicanum contra Monothelitas, Romanũ cõtra eoſdé, Cõſtantinopolitanum Oecumenicum ſextum, cõtra eoſdé, Toletanum 12, Gallicanum, Toletanum 13, 14, 15, 16, 17.

*Hæretici*, Monothelitæ, Chazinzarei, Theodoſiani,

ſiani, Tetraditæ, Armenij, mahometetes pſeudoproph. Baïrãs, Theocatagnoſtæ, Agareni, Charurgitæ, Lãpetiani, agonichytæ, Agumẽſes, Maronitæ.

*Caluinitæ* Tetraditarum, Mahometis, Lãpetianorum aliquot errores amplectuntur.

Cætera lib. 3 Chronog. à pag. 268 ad 275.

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 687 | 84 *o* IOANNES 5. Antiochenus, an. 1. menſ. 2. dies 19. | 4775 |
| 688 | 85 *p* CONON Thrax, menſ. 11. dies 3. | 4776 |
| 689 | 86 *q* S. SERGIVS Antiochenus, an. 13. menſ. 8. dies 23. | 4777 |
| 702 | | 4790 |
| | Summa cũ interpõtificiis. | |

o *Statuit ut Rom. Pontifex ab Oſtiẽſi, Portuenſi, & Veliterno Epiſcopis ad Lateranum conſecretur.*

p *Totus eleemoſynarius, literatus.*

q *Huius virtute cœpere Saxones fidei ſemina percipere. Preculã, Agnus Dei, Liturgiæ inſeruit.*



SEPTIMO ſæculo continuata eſt doctrina, ab hęreticis impugnata. *Miſſa,* Seueri Alexandrini, Moxarabum, Iſidori. lib. de diuinis officiis, Ioannis Cæſaraugustani de Eccleſiaſticis Officiis. *Veritas Euchariſtiæ, ſacrificium, tranſſubſtantiatio.* Cæſarius hom. 5. Iſidorus lib. de offic. Auguſtinum citans, lib. 6. Originum, c. 18. Seuerus Alexandrinus Patriarcha in Liturgia. *Primam iuſtificationẽ eſſe ex mera gratia.* Cõcilia Toletana, 6. 7, &c. huius centenarij. Cæſ. hom. 38. *Iuſtificationem conſeruari & augeri bonis operibus.* Cæſ. hom. 2, 4, 12, 15, 16, 18, 23, 25, 34, 35, 38. Iſidor. de ſummo bono, c. 2 & 5. lib. de numero, Tract. de tribus, Adelmus Epiſt. ad Geruntiũ Reg. Concil. Tolet. c. 5. *Baptiſmi effectus, neceſſitas, aliena fides, ceremoniæ.* Conc. Toletan. 4, c. 5. Concil. Toletan. 11 & 12. Iſidorus lib. 6. Orig. ſiue Etym. c. 18. Seuerus Alexandr. de Ritibus Baptiſmi & ſacræ Synaxis. *Claues, abſolutio.* Iſidor. li. 6. Etymolog. & alibi. *Confirmatio, Chriſma, & alia ſacramenta.* In precibus ſiue Rituali S. Seueri Alexandr. Iſidor. lib. 6. Orig. ſiue Etymolog. c. 18. *Preces pro mortuis, purgatorium.* Iſidor. lib. de Offic. Sacrificium pro defunctis ab Apoſtolis primò traditum demonſtrat. Illic dimittenda eſſe peccata, & purgatorio igne purganda. Ioan. Eleemoſynarius apud Vincentium lib. 22, c. 110. Miſſa Moxarabum, Cæſarius Arel. lib. 1. & 1 Cor. 3 prolixè. Simeon Metaphraſtes in hiſt. Sanctorũ. Seuerus Alex. in Liturgia, & aliis eius precibus. Iulianus Toletanus lib. 1. Prognoſticon c. 20, 21, & lib. 2, c. 10, 19, 20, 21, 22. *Pœnitentia, & eius partes.* Cæſ.

hom.1,6,&c. Iſidor.lib.2.de Summo bono, c.13, & lib.6. Orig.c.18. Cabillonenſe Concil. c.8, &c. *Inuocatio, & auxilia Sanctorum.* Miſſa Moxarabum, Liturgia S. Seueri Patriarchæ, Simon Metaphraſtes in Sanctorũ hiſtoriis. Idelphõſus de Virgine. Concilium Cabillonenſe, Conſtantinus Imperator tom.2. Concil.Pag.402. Iſidor.de Officiis, & paſſim alibi. *Imagines*, In ſexta Synodo Oecumenica, an. 682. Conſtantinopoli habita. E quibus item reliquorũ capitum fidei confirmatio prolixè deduci poteſt. Cætera iidem & cæteri huius ſæculi ſcriptores prolixè confirmant: vt ſatius ſit Lectores ad eorum opera remittere. De qua cõtra ſe teſtimonium ferunt Centuriatores Cent.7, cap.2. de loco & propagatione Eccleſiæ, col. 23. ſparſim. Cap. 3. de perſecutione & tranquillitate Eccleſ. ſparſim, col. 45, c.4. de Doctrina ex profeſſo, col. 108. quæ hãc cõtinet inſcriptionẽ, Inclinatio doctrinę cõplectens peculiares & incommodas opiniones, ſtipulas & errores doctorũ. & col.ſeqq. c.5. de hæreſ.ſparſim, col.121. prout ipſi ſunt cordi. Per totũ c.6. de Ceremoniis & Ritibus Eccleſiæ, col. 133, & ſeqq. Per totũ c.7. de Politia & gubernatione Eccl. C.8. de Schiſmatibus. Cap.9. de Synodis, col.251. Per totũ ferè c.10. de Doctoribus, col.465, & ſeqq. ſparſim de Martyrib. & miracul. Huc facit quod ex inſtituto multi hac tempeſtate ſcripſerũt de Hæreſibus, itẽ contra Tetraditas, Mahometem, Lãpetianos, Iconomachos, & alios, quorũ hęreſib⁹ iſti imbuũtur. Adde totius huius Cẽturię Synodos. Nã hę cõtra iſtos planè militãt. Adde & hiſtoricos. Nã etiã hi curſũ Eccleſ. ſecũdũ nos fuiſſe declarãt.

OCTA-



| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* | |
|---|---|---|---|
| | OCTAVVM ſæculum, | | INSIGNIORA *Octaui ſæculi.* |
| | | | Turcarum in Aſiam, Arabiam, Africam & inſulas maris Mediterranei infuſio. |
| | *ab an. D.700. quãdo Arabes capta Africa imminent Hiſpania, Occidẽtalibúſq; Europæ regnis, & primus Dux Venetorum eligitur Paulus Anazar, ad an. 800.* | | Mahometis ſecta mirè augetur. |
| | | | Chronica Bulgarorum non multò antè incipiũt |
| | | | *Bella.* |
| | | | *Regna noua* |

*Octaui ſæculi Imperatores.* Tiberius Abſimarus, 7. Iuſtinianus 2 iterum. an. 6, Philippicus, 2, Artemiꝰ, 1. Theodoſius 3. an. 2. Leo Iſaurus, 24. Copronymꝰ, 35, & Leo eiꝰ frater, 5. Irene. cum filio Cōſtantino, 10.

| Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| 702 | 87 M. IOANNES 6, Græcus, an. 3. menſ. 3. | 4790 | |
| 705 | 83 *a* IOAN. 7, Græcus, an. 2. menſ. 7. dies 17. | 4793 | a *Celebratur ædificandorum, & ornādorum templorum, & ſacrandorū cœmeteriorum ſtudio.* |
| 707 | 89 SISINNIVS Antiochenus. dies 20. | | |

*Scriptores præcipui.* Beda, Strabus, Ioā. Damaſcenꝰ, Gregorius Cyprꝰ, Germanꝰ Cōſtantinopolitan. Coſmas, Hieroſo-



rosolym. Maximus Monachus, Ioann. Hiſpalenſis, Tharaſius, Vvalafridus Abbas, Albinus, ſiue Alcuinus, Aponius, Bonifacius Moguntinus, Paulus Aquileiēſis, Paulus diaconus, Zacharias Pap. Theophylactus Antiochenꝰ, Iſuardus, Carolus Magn. Ambroſius Ausbertus.

| | Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|---|
| b *Pauperum pater, Principibꝰ formidabilis.* | 707 | 90 *b* CONSTANTINVS Syrus, an. 7. dies 20. | 4795 |
| c *Vehemens in Græcos principes ob Icones.* | 714 | 91 *c* GREGORIVS II. Rom. an. 16. menſ. 9. dies 11. | 4802 |

*Profani.* Haumar, Arabes multi, Ægidius Medicus.

*Hebræi,* Gheonim ſiue Talmudici Iuris interpretes in tria ſæcula .i. in annos trecentos vſque ad annũ Chriſti 1121. Primus Rab. Hanina. Rab. Iudaï cæcus, qui ſcripſit Hilcoth Peſukoth. Anan & Saue Sirei, qui excitarunt Sadduceorũ ſectam, contra Cabbalam & traditiones Synagogæ.

| Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| 730 | 92 *d* GREGORIVS III. Syrus, an. 10. menſ. 8. dies 24. | 4818 | d *Doct°, prædicator Verbi, eleemoſynarius, captiuorũ redẽptor verè parens, & paſtor populi.* |
| 741 | 93 *e* ZACHARIAS Græcus, an. 10. menſ. 3. | 4829 | e *Bibliothecam S. Petri reſtituit, omnibus virtutib. ornatus, vtraque lingua doctus.* |

*Con-*



| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 752 | 94 STEPHANVS II. R. dies 13. | 4840 |
| 752 | 95 *f* STEPHANVS III. Rom. an. 5. menſ. 1. | 4840 |

f *Chriſtianæ doctrinæ tam prædicator, quàm ſcriptor.*

*Concilia 18.* Romanum cõtra Philippicũ Imperat. Iconomachum, aliud contra Leonem Imper. cõtra eandẽ hæreſim: Aliud de eodẽ: Arelatenſe, Francicum, Romanum, Gẽtiliacum, Lateranenſe contra Conſtantinum Pſeudopapã, aliud deinde Hiſpanicum cõtra fœlicẽ, Duriẽſe, Genuenſe, Nicenũ 2. Oecumenicum, ſeptimũ contra Iconomachos, Anglicanum, Frãcfordienſe, Baua-

| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| Bauaricum, Ratiſbonenſe. | | | | |
| *Hæretici*, Iconomachi, Inoclaſtæ, Fœlix Argelitanus, & Eliphandus Toletan. è quib' Fœliciani, Pauliciani ſiue Pauli-Ioannitæ, Athingaui, Gnoſimachi. | 756 | 96 *g* PAVLVS Rom. an. 10. menſ. 1. | 4844 | g *Noctu cum duobus aut trib. oberrabat per ægrotantiũ pauperum tecta, verbis et donis ſolãs. Carceres adibat, oppreſſos à cauſidicis liberabat, &c.* |
| | 468 | 97 *h* STEPHANVS IIII. Siculus, an. 4. menſ. 5. dies 24. | 4856 | h *Verus Petri ſucceſſor ob pietatem et doctrinam.* |

i *Bullas*



| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| i *Bullas plumbo obſignauit, vt diuturnius eſſet ſigillum. Quotidie in atrio Lateranenſi alebat centũ pauperes.* | 772<br>796 | 98 *i* ADRIANVS Rom. an. 23. menſ. 10. dies 17. | 4860<br>4884 | *Caluinitæ* ſunt Iconomachi. Catholicos cũ Paulicianis vocant Romanos, ſe verò Chriſtianos ſeu Euãgelicos. |
| | | Summa cũ Interpontificiis, 94. | | Cætera lib. 3 Chronol. à pag. 276 ad 293. |

OCTAVO hoc ſæculo continuata eſt doctrina, de qua Hæretici hodie pugnant. *Miſſa.* In Germani Conſtantinop. Liturgiæ Theoria, Caroli Magni fragmentis de ritibus veteris Eccleſiæ, Libro de diuinis offic. Vualafridi Abbatis, Lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus Alcuini, Maximi Monachi de Eccleſiaſtica Myſtagogia. *Claues Eccleſiæ, abſolutio.* Beda hom. in die SS. Petri & Pauli, in Marc. lib. 1, cap. 2. Damaſcenus lib. 4. de Orthodox. *Confirmatio.* Illa vnctio, quæ per manuũ impoſitionem ab Epiſcopis, vulgò Confirmatio dicitur, Beda in Pſ. 6. in 8 cap. Act. & Hom. in Oct. Epiphan. Concil. Arelat. cap. 18. *Extrema vnctio.* Beda lib. 2 in Marc. cap. 6. *Septem Sacramenta.* Beda tractans, illud Matthæi, Quoniam Nazaræus vocabitur: Si in typo Samſonis geſta conſideremus, in eo quoque Sacramēta Domini præfigurata cognoſcemus. Septem crines habuit. Hinc Septiformis ſpiritus, & ſeptem Eccleſię ſacramenta ſunt, &c. Quod & ex Auguſtino citatur. Vualafridus Abbas lib. de officiis diuinis, Alcuinus de Eccleſiaſticis dogmatibus. *Liberum arbitrium.* Damaſc. lib. 2. Orthod. cap. 4. in Parallelis, contra Manich. lib. de Hæreſib. Beda in 2 cap. Geneſ. lib. 8. in Iob, c. 8. in Pſ. 118. *Iuſtificatio ex gratia.* Fides eſt Chariſmatum ſpiritus, non noſtræ voluntatis. Damaſc. lib. 4. de Orthod. c. 11. Præueniente ſe gratia meus hominis ſpontanea ad fructum boni operis aſſurgit. Beda in Marc. lib. 1, c. 4. in 3. cap. 1. Ioan. *Iuſtificationem conſeruari & augeri bonis operibus.* Pelagianum dogma non iuuat, quod dicitur de homine,

ſed



ſed ſanctificat: quia id quidem per liberum arbitrium fit, ſed nō ſine, diuino auxilio & gratia. Beda in cap. 3. 1 Ioan. lib. 3. in Iob, c. 1. lib. 6. in Cant. cap. 8. lib. 1. in Prouerb. c. 6. 22. in 3. & 12. ca. Exod. lib. 1. in Ezram, c. 1. in Pſ. 25, 77, 90. Aponius lib. 2. in Cant. Albinus in 3. cap. Eccleſ. Damaſcenus in Pararel. & aliis libris paſſim. *Primatus Romanæ Eccleſiæ.* Beda in Natali D. Benedicti, Carol. Mag. lib. 1 de Imaginib. c. 6. Damaſcenus in lib. de defunctis, Patres Synodi. 2. Nicenæ, Concilia huius ſæculi, Ausbertus lib. 3. cap. 5 in Apoc. *Cœlibatus in Sacerdotum.* Beda lib. 1 in Lucam c. 4. *Claues Eccleſiæ, Abſolutio,* Ausbertus lib. 7 in Apoc. c. 16. & lib. 16. & lib. 1, c. 1. lib. 5, c. 11. Beda in Matth. 16. Ioan. 20, &c. *Veritas Euchariſtiæ, tranſſubſtantiatio, ſacrificiũ.* Carol. Mag. lib. 2 de Imag. cap. 27. & expreſſiſſimè, lib. 4, cap. 14. & in lib. de Ritibus veteris Eccleſiæ, Beda in Boëtij lib. de Trinit. in Prouerb. li. 3, cap. 31 in Marcum, lib. 4; c. 14 in Lucam, lib. 6, c. 22 in Pſ. 21. lib. de Muliere forti, Hom. in Epiph. lib. 2 de Taher, c. 2 in Pſal. 48. Deum pro mortuis per Miſſarum celebrationes & eleemoſynas inuocamus. Damaſcen. lib. 4. Orth. c. 14. Aponius lib. 3 & 6. in Cantic. German. Cōſtantinopolit. Epiſt. ad Thomam, tom. 2. Concil. & in Theoria Liturgiæ. Auſbertus lib. 2, c. 2 in Apoc. Vualafredus & Alcuinus vbi ſuprà. *Pœnitentia & eius partes.* Damaſcenus de Orthod. fide, & in Parallel. Beda in Pſ. 1, & 4. lib. 4 in Lucam, ca. 15. Aponius lib. 5 in Cant. Carolus Mag. de Ritibus veteris Eccleſiæ, Ausbertus lib. 1. in Apoc. c. 1. *Interceſſio, auxilia, reliquiæ Sanctorum.* Beda in c. 4. Lucæ afferens poſt Auguſtinum lib. 1.

de Trinit. c.6, & alibi, diſtinctionem Græcam de duplici adoratione, λατρείας & δουλείας. Item lib. 2 in Lucam, c.7. lib. 3 in Iob, & de reuelatione S. Michaëlis, tom, 7, & in pluribus Homiliis de Sanctis diuerſis. Damaſcen. in Orationib. de Natiuit. Virg. & in Cant. Eccleſiaſticis, lib. 3 de Imaginib. lib. 4 de Orthodox. c.16. lib. pro defunctis, Baſilius Ancyranus, Theodor. Hieroſolym. Tharaſius Conſtant. Theodoſius Amorienſis, Adrianus Pap. in 2. Synod. Nicena, Coſmas in hymnis, Germ. Conſtant. in Theoria, & in Epiſt. Beda & Iſuardus in Martyrologiis, Ausbertus lib.5, ca. 12 in Apoc. *Hæreſis contra Imagines hoc ſæculo præſertim arſit.* Hāc refutarunt, & earum legitimum vſum docuerunt. Damaſcenus lib. 3, Cultum Imaginum Apoſtolicā eſſe traditionem docet. Germanus Conſtantinop. Gregorius Cyprius, Beda in hiſt. Anglorū ſæpiùs, Adrianus Pap. & alij Nicenum 2 Concil. &c. *Preces pro defunctis, et Purgatorium.* Integrum de eo opus Damaſceni extat, ab Oecolampadio defunctorū hoſte etiam verſum. Germ. in Liturgiæ Theoria, Beda in Serm. ad popul. to.7, fol. 503. in Prou. lib. 2, cap. 11. in Pſ. 6. in 37 in Luc. c.2. Albin. in 1 & 3. Pſal. Pœnitēt. & 3 de Trinit. c.21, Ausbertus lib. 9. c.20 in Apoc. & lib. 10, c.21, & cæteri. Superfluum eſſet cætera capita perſequi. Nam pro his omnibus Damaſcen. quatuor libros de Orthod. fide diuiniſſimos condidit, Beda, Albinus libros diuerſos, Carolus Magn. fragmenta de Ritibus veteris Eccleſiæ, Germanus Conſtantinop. rerum Eccleſiaſticarum Theoriam, &c. Quare & totum ſæculū contra ſe pugnare Centuriatores docent, Centur.

8, c.2



8, c.2 de loco & propagatione Eccl. ſparſim. Cap. 3 de Perſecutione & trāquillitate Eccleſię, Cap. 4 de doctrina, col. 300, & ſeqq. Cap. 5. de hæreſibus. Toto cap. 6 de Ceremoniis & Ritibus. Cap. 7 de Politia Eccleſ. Per totum cap. 8 de Schiſmatibus. Cap. 9 de Synodis. Per totum cap. 10 de Epiſcopis & doctoribus. Sequentibus denique capp.

Idem confirmant quotquot iſto ſæculo ſcripſerunt contra Iconomachos, ſiue Iconoclaſtas: huius ſpatij vniuerſa Concilia, vniuerſi denique hiſtorici.

| | Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|---|
| INSIGNIORA *noni Sæculi.* | | NONVM SAECVLVM, | |
| Hoc nono ſæculo Saraceni tentant iterum Gallias. | | *ab ann. 800, quo ad nonũ Occidentis Imperium Carolus* MA*gnus cõſecratur, & Egbertus Regnũ Anglicum condit, ad an. 900.* | |
| Europa vaſtatur ab obſcuriſſimis gentibus, vt Gallia à Normanis, Vngaria à Bulgaris, &c. | | | |

a *Docto-*



| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| a *Doctorum amator, ita vt eos vndecunque præmiis alliceret, liberalis in omnes pauperes, inſtitutor Litaniarum tridui ante Aſcenſionem.* | 796 | 99<br>*a* LEO III. Roman. an. 20. menſ. 5. dies 18. | 4884 | Earum ad Chriſtũ plena cõuerſio. |
| | | | | Carolus Magnus cum ſua poſteritate hoc ſæculum metitur. |
| | 817 | 100<br>*b* STEPHANVS 5. menſ. 6. dies 24. | 4905 | *Bella.* |
| b *Vir ſanctus, amicus Ludouici Pij Imper.* | | | | *Regna noua.* |

Nam eius Impp. fuerũt Carol. Mag. an. 16. Lodoicus Pius, 26. Lothari⁹ 15, Ludouicus 2, 21. Carolus Caluus, 6, Ludouicus Balbus an. 2. Carol. Craſſus, 10, Arnulphus, 12.

| Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| 817 | 101 *c* PASCHALIS Rom. an. 7. menſ. 3 dies 17. | 4905 | c *Ædificator et ornator templorũ ſupra omnes alios.* |
| 824 | 102 *d* EVGENIVS II. Roman. an. 4. menſ. 6. dies 24. | 4912 | d *Deo deditus, & pater pauperũ* Go- |

*Præ-*



e *Ex probioribus Papa. Nõdũ Preſbyter, ſed tantùm diacon⁹, ad Pontificatus gradum conſcendit.*

f *Feſtũ omnium Sanctorum iam ante annos 220. Romæ ſeruatũ, in Gallias & Germaniam induxit.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 828 | 103 *e* VALENTINVS Rom. an. 8. menſ. 1. dies 10. | 4916 |
| 828 | 104 *f* GRERIVS 4. Roman. an. 10. | 4916 |

*præcipuæ ſcriptores diuini.* Carolus Magnus, Hincmarus, Haymo; Fortunatus Treuirẽſis, Angelomus, Amalarius, Raban⁹, Remigi⁹ Antiſſiod. Ionas Aurelianenſ. Paſchaſius, Idiota, Anſegiſus, Strab⁹, author Groſſæ ordinariæ, Theodorus Studites, Nicephor. Chartophylax, Leo Philoſophus Imper. Photi⁹, Theophanes Nicenes, Theophylact⁹ Bulgar. Frecul. ph⁹ Lexouiẽſis



ſis

ſis, Anaſtaſius Bibliothecarius, Ado Viennenſis, Aimoni⁹, ſiue Annonius monachus Theodulphus Nozenus, Ioannes diacon⁹, qui poſtea Ioan. 8 Papa.

| Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| 844 | 105 *g* SERGIVS II. Rom. an. 3. | 4932 | g *Probus & beneficus. Primus Pōtificum ſuum nomen mutauit, Nā antea Oſporcius vocabatur. Succeſſores magna ex parte id ſunt imitati.* |



| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| h *Inſtiſtuit ne in choro laïcis eſſe liceret, dū Miſſarum ſolēnia celebrātur. Strui iuſſit Scholas prope Eccleſias, in quibus Clerici ſacras literas docerent.* | 847 | 106 *h* LEO IIII. Rom. an. 8. menſ. 3. dies 6. | 4935 | *Humani.* Otfridus, qui linguā Germanicam ſcribere, & regulis Grāmatices aſtringere conatus eſt, Albategnius Mathematicus, Nannon Philoſoph⁹. |

| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| *Hebræi.* R. Amram bar Rab. Siſana, qui è Babylonia miſit Siddur Tephilloth (.i. Breuiarium, ſiue formulã certam Precum) in Hiſpaniam circa, an. 900. | 755 | 107 *i* BENEDICTVS III. Rom. an. 2. menſ. 6. dies 9. | 4943 | *Hic hæretici (videlicet inter Leonem 4. & Benedictũ 3) aſſuũt fabulam Ioannæ Papiſſæ, quã prolixè refutamus pag.* i *Inuitus & reluctãs tractus eſt ad Pontificatũ.* |



| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| k *Incõparabilis, Regibus & tyrannis formidabilis. Eo tempore Bulgari fuêre ad Chriſtũ conuerſi.* | 858 | 108 *k* NICOLAVS Magnus, ROM. an. 9. menſ. 7. dies 13. | 4946 | *Concilia 33.* Aquiſgranũ, Moguntinũ, Vuormaciẽſe, Rhemenſe, Turonenſe, Cabilonenſe, Arelatenſe 3. Ticinenſe, Aquiſgranẽſe, |
| l *Eleemoſynarius & doctus.* | 868 | 109 *l* ADRIANVS II. Rom. an. 5. menſ. 9. dies 12. | 4956 | 2, pro Canonicorum regula, & contra Iconomachos, Romanum ſub Paſchali, alterũ ſub Gregorio 4, Aquiſgranenſe 3, |
| m *Vtraque lingua doctus.* TRES *Imperatores intra quadrienniũ coronauit.* | 874 | 110 *m* IOANNES 8. Roman. an. 10. dies 2. | 4962 | Romanum ſub Leone 3, Moguntinum contra |

Godeſcalcũ, Ticinenſe, Romanum ſub Nicolao, Cõſtantinopolitanum Oecumenicum octauũ contra Photium, Acciniacenſe, Põtigonenſe, Colonienſe, Trecenſe, Marrenſe, Triburienſe, Rauennenſe.

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 884 | 111 MARTINVS II. Gallus, an. 1. menſ. 5. | 4972 |
| 885 | 112 n ADRIANVS III. Rom. an. 1. menſ. 5. | 4973 |
| 886 | 113 o STEPHANVS 6. Rom. an. 6. dies 11. | 4974 |

n *Moritur collachrymãtibus omnibus.*
o *Tum Gallia à Romanis, Anglia à Danis, Pãnonia ab Vngaris, Italia à Sarracenis vexabatur.*



p *Hi & ſequẽtes, nullius virtutis, quòd ab Imperatoribus eſſent intruſi, non electi.*

| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* |
|---|---|---|
| 892 | 114 p FORMOSVS Rom. an. 5. menſ. 6. | 4980 |
| 898 | 115 BONIFACIVS 6. Tuſcus, di. 26. | 4986 |

*Hæretici.* Claudius Taurinenſis, Theoda pſeudoprophetiſſa in Aſia, Godeſcalcus Gallus, Bertramus, Fredeuardus Eques, Ioãnes Scotus. Græcorum hæreſis de Spiritus ſãcti proceſſione, quę apertè erumpit, Photio Patriarcha frigidam ſuffundente.

| | Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|---|
| *Caluinitæ* Claudij Taurinenſis opiniones laudant, Bertrami, Fredeuardi, Godeſcalci aliquot capita. In ſingulis ſcilicet ſęculis ſuæ perfidiæ ſocios habere voluerunt. | 889 | 116 STEPHANVS 7. Rom. an. 1. menſ. 3. | 4986 |
| | 899 | 117 ROMANVS Tuſcus, menſ. 3. | 4987 |
| | 899 | 118 THEODORVS II. Romanus, dies 20. | 4987 |

*Per poſticum, non per oſtium, & tamen inter eos nullus hæreticus, tanta eſt vis Cathedræ Petri.*



| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| q *Finem liti impoſuit inter Romanũ Pontificem, & Conſtantinopolitanum Patriarcham de Primatu.* | 899<br>901 | 119 q IOANNES 9. Rom. an. 2. dies 15. | 4987<br>4989 | Cętera lib. 4 Chronolog. à pag. 293. ad 317. |
| | | Summa cũ interregnis 105. | | |

NONO ſæculo permanſiſſe veterem doctrinam à Sectariis oppugnatam ſic conſtat. *Miſſa,* continuata iiſdẽ ritibus & modis, vt ſcriptores huius ſæculi de Eccleſiaſticis ſiue diuinis Officiis abundè teſtãtur, Amalarius Archiepiſcopus Treuirenſis, Angelomus, Rabanus de inſtitutione Clericorum, Remigius Antiſſiod. Hincmarus, Strabo de exordiis & incrementis rerum Eccleſiaſticarũ, Fortunatus Treuirenſis, lib. de diuin. Officiis. *Corporis Chriſti veritas, ſacrificium, tranſſubſtantiatio.* Rabanus lib. de Sacramẽto Euchariſtiæ, & lib. 1. Inſtit. Cleri, cap. 33. vbi formam Miſſæ deſcribit. Paſchaſius lib. de Corpore & ſanguine Domini, vbi Canonis Miſſę meminit, & eius multa exponit, tranſſubſtantiationem ponens, c. 19, & 50. Sic Haymo, 1 Tim. 2. Theophylactus in 26. Matth. Marc. 14. Luc. 22. Ioan. 6. Photius in Bibliotheca, & aliis ſcriptis. Tranſſubſtantiationis habet ſemina Bertramus ipſe. vtitur enim vocabulis permutationis, commutationis, & conuerſionis, lib. de corpore & ſang. Domini, quantumuis ſit à Sacramentariis corruptus & ſuppoſitus. *Baptiſmi effectus, neceſſitas, ceremoniæ variæ, aliena fides.* Hincmarus Epiſt. ad Hincmarum Laudunenſem, Haymo ſuper Aſcenſione Domini, Theophylact. multis locis. Rabanus Epiſt. ad Regisbaldum, lib. 1 & 2. de inſtit. cler. Photius in Bibliotheca, Leo Imperator in ſuis Inſtitutionibus, in quarum 12 baptizatum, illuminatum appellat: vt cùm apud veteres, Baptiſma, ſacramentum illuminationum dicebatur. *Sanctorũ preces, ſuffragia, inuocatio, reliquiæ,* *Imagines,*



*Imagines, feſta.* Theodorus Studites ad Michaëlem Imper. Idiota c. 1 & 4. Contempl. de virgine. Haymo hom. de virginibus. Raban. lib. 4, c. 10. de Sermonum proprietate. Si quis (inquit) contra hanc ſententiam venit, non Chriſtianus, ſed Eunomianus & Vigilantianus creditur. Epiſt. ad Orgarium lib. 2. de inſtit. Cleri, c. 15. & paſſim. Ionas Aurelian. lib. 3. de Imaginibus, Concil. Cabilon. c. 45. Moguntinum c. 36, &c. Photius in Bibliotheca, Leo Imp. in Conſtitut. Strabus Author Gloſſę ordinariæ, multis locis. *Liberum arbitrium, fides, iuſtificatio, gratia, bona opera.* Haymo in 1 cap. Malachię, lib. 1. in Eſaiam, in 4 Heb. ſuper Euangel. in Oct. Paſchæ, ſup. Pſ. 26, 135. ſuper cap. 6. Roman. Rabanus epiſt. ad Humbertum, Epiſt. 14. in Ierem. lib. 4. in Eccleſiaſticum c. 6. & lib. de modo pœnitentiæ. Theophylactus paſſim. Photius in Bibliotheca, Angelomus in 7. cap. 3. Reg. 13, c. 4. Reg. Strabus in Gloſſa ordinaria ſæpè. Idiota lib. de diuino amore, cap. 17, 22, 24. & lib. de vera pœnitentia, c. 7, 13, 15. *Pœnitentia, & eius tres partes.* Rabanus lib. 8, in Eccleſiaſticum, cap. 3, & lib. 7, cap. 7. Epiſt. ad Regimbaldum Chorepiſcopum, lib. 2, cap. 30. Inſtit. Cleri. c. 14, 16, 30. & lib. de modo pœnitentiæ. Concil. Cabilonenſe, cap. 33 & 45. Haymo in cap. 6 Hebr. *Claues, abſolutio.* Nicephorus Chartophylax, libello de poteſtate ligandi & ſoluendi, quẽ vertit Oecolampadius hæreticus. Theophyl. in 16 Matth. & 20 Ioan. Photius in Bibliotheca. *Primatus Rom. Pontif.* Theodorus Studites ad Michaëlem Imperatorem, & Epiſt. ad Naucraſium: Hincmarus ad Hincmar. Laudunenſem. Quin &

hæc ætas eum Apoſtolicū ſimpliciter appellabat. Photius Græcus in Nomocanone, Theophyl. in Ioan. 21. *Preces, & oblatio pro mortuis. Purgatorium.* Haymo in 3 c. & 6. primæ Corinth. & in Pſ. 6. & in feriam 6. Pentecoſtes, & lib. 2 ſuper Eſaiam. Rab. lib. 8. Comment. in Eccleſiaſt. c. 14. Concil. Cabil. c. 39. Photius in Bibliotheca. Nam Græci orant & offerunt pro mortuis. *Confirmatio, Chriſma, & alia Sacramenta.* Rab. libris de inſt. cler. Theophyl. in Marc. 6. vbi de oleo vnctionis extremæ apertè. Haymo. ſup. Pſ. 26. ſup. 6 Heb. & ſup. Euang. Hincmarus ad Hincmarū Laudun. & ad Tornacenſem Eccleſiam. Synodus Arelatenſis, Cabillonenſis, & aliæ huius ſæculi. Nicolaus Papa in Epiſt. Hæc & alia agnoſcunt Centuriatores in Epiſt. 9. Cent. Patrum (inquiunt) ſuperiorum ſenſum atque intellectum in ipſam Dei ſcripturam importarunt, ac piaculum duxerunt, ſi quis ab eorum ductu vel latum vnguem deflectere auderet. Quod poſtea confirmant initio col. 1. Membratim deinde indicant, c. 4. de Doctrina, col. 205. & ſeqq. cap. 6. de Ceremoniis & ritibus Eccleſiæ, pag. 227, & ſeqq. de politia & gubernatione Eccl. col. 289, & ſeqq. cap. 9. de Synodis, col. 301 ſparſim, cap. 10. de Epiſcopis & Doctoribus Eccleſiæ, col. 484, & ſeqq. ſparſim. Vnde qui refutarunt hoc ſæculo Claudiū Taurinenſem, Godiſcalcum, & ſimiles, ſimul iſtos ſunt execrati. Adde totius huius curriculi Synodos vniuerſas, quæ non paruo fuere numero. Adde & hiſtoricos. Nam hi omnes curſum Eccleſiæ, noſtro ſimilem planè pinxerunt.

DECI-



| Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| | DECIMVM Sæculum. | | INSIGNIORA decimi ſæculi. |
vnguentum (.i. confirmationem) ordinatioñe per impoſitionem manus, myſterium remiſſionis peccatorum per ſacerdotem; orationem ſacerdotis in matrimonio, vt intelligas hæc ſacramenta non Papiſtica, ſed etiam Græcorum, & quidem diſputantium contra nos. *Primatus ſedis Apoſtolicæ.* Fredericus Imp. epiſt. 3. & quidem ſedem Apoſtolicam oppugnans: Græci in Concil. Lateranenſi, Tuſci, Poloni, Bohemi, apud Vincentium in Speculo, lib. 31, cap. 39. nuntiis & literis confeſſi ſunt. Accurſius in Authentica, Vt Eccleſ. Romana gaudeat annorum præſcript. Vetus Roma habet primam ſedem Eccleſiarum: item originem legum; item fontem ſacerdotij. Thomas lib. 4 cõtra Gentil. c. 76. *Liberum arbitrium, bona opera.* Thomas in Summa, de Veritate, Mater. 24. q. 1. 1. q. 83. art. 1. & Scholaſtici in 2 Sentent. diſt. 3. *Sanctorum preces, ſuffragia, inuocatio, reliquiæ, imagines, feſta.* Pſellus ad Andronicum Imperatorem, vbi infrà. Cabaſilas in Expoſ. Liturgiæ, cap. 33, 34, 48, 50. Thomas 2. 2. q. 83. Innoc. Serm. 1. de dedicat. templi, &c. Denique Sermones & Tractatus penè innumerabiles Doctorum huius ſæculi. *Preces pro defunctis, Purgatorium.* Pſellus ad Andronicum Imper. c. de exitu animarum. & c. de benefactis pro iis, qui è vita deceſſerunt. Cabaſilas c. 33, 43. quod inſcribitur, De iis qui dormierunt, an iuſtificentur à menſa, 44, 45. quod præfert hunc titulum, Quòd his qui dormierunt, perfectior ſit ſanctificatio. 47. Thomas 3. q. 82. art. 6. & in Summa contra Gentiles, lib. 4, cap. 91. Bonauentura in 7 parte Breuiloc. c. 2. Innoc. in 3 Pſal. pœnit. Doctores in 4 Sentent. diſt.

diſt.21.Cætera iidem & cæteri huius ſæculi auctores prolixè confirmant, de quo contra ſe teſtimonium ferunt Centuriatores in epiſt. nuncupatoria, Cent. 13. Tum (aiunt) normæ docendi & iudicandi cōtrouerſias conſtituta ſunt Patrum ſcripta, & Conciliorum decreta, &c. Deinde c. 2. de loco & propag.Eccleſ.col.11, & ſeq.c.3.de perſecutione & tranquillitate Eccl. ſparſim, col.18, & ſeqq.c.4.de doctrina prolixiſſimè,col.25.& deinceps,c.5.de Hæreſib. ſparſim, col.554, & ſeqq. per totum cap.6.de Ceremoniis & ritibus Eccleſ.col. 590, & ſeqq. per totum 7. de politia & gubernatione Eccleſiæ, col.686. cap. 8. de Schiſmatibus, col.754 ſparſim, c.9.de Synodis,col.789, & ſeqq. Per totum ferè cap. 10. de doctoribus & Epiſcop. col.780, & ſeqq. ſparſim in reliquis, vt de Martyribus, de Miraculis. Huc facit quòd ex inſtituto multi hac ætate ſcripſerunt de Hæreſibus. Item contra Albigenſes, Almaricum, Petrum Ioannis, Deſiderium Longobardum, quorum damnatas opiniones iſti recoquunt. Adde totius huius Centuriæ Synodos, quæ non exiguo fuerunt numero. Sed & hiſtorici iſtius curriculi omnes docent non alium fuiſſe Eccleſiæ curſum.

DECI-



| *Anni Domini.* | DECIMVM QVARTVM Sæculum. | *Anni mundi.* | INSIGNIORA *14 ſæculi.* |
|---|---|---|---|
| | *ab ann. 1300. quo Otomanus Turca de genere Turcarum, ſiue Magog, Turcicū Imperium figit, Antichriſti regnum fundans. Et Albertus primus Imperium Occidentis adit, & Heluetij iaciūt ſuæ libertatis fundamenta. Et ſedes Apoſtolica in 70 annos Auenionem trāſfertur, ad an. 1400.* | | Boſſuli ſiue aciculæ inuentum. Turcarum in Oriēte inter ſe & cum Chriſtianis conflict' varij: vbique calamitas. *Bella.* *Regna noua.* |

14 *Saeculi Imperatores.* Albertus primus an. 10. Henricus 7. an. 6. Ludouicus Bauarus, an. 32. Carolus 4, 32. Vuenceſlaus, an. 22.

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1303 | 200 *a* BENEDICTVS 10. Taraiſinus. menſ. 8. dies 17. | 5391 |

*a Sanctimonia eius miraculis à morte declarata fuit.*



*b Clemẽtinas edit, Auenionẽ ſedem trãsfert. Fratricellos & Templarios excindit.*

*c Extrauagantiũ conditor. Errores aliquot ex Decreto Pariſienſis facultatis retractauit.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1305 | 201 *b* CLEMENS 5. Burdegalenſis, an. 8. menſ. 10. dies 15. | 5393 |
| 1315 | 202 *c* IOANNES 22. Cadurcenſis, an. 19. menſ. 4. | 5403 |

*Scriptores ſacri.* Gulielmus Nangiacus, Alanus Inſulenſis, Nicephorus Calixtus, Bartholus, Georgius Pachymeres, Ioan. Cantacuzenus, Maximus Planudes, Durandus de S. Portiano, Guido Carmelita, Martinus Polonus, Gregorius Ariminẽſis, Petrus Aruern⁹, Ioannes Andreas, Paulus de Peruſio, Ioan. Hiſdinius, Paulus Venetus, Petrus Berthorius, Nicolaus Gorran⁹, Radul-

Radulphus Tungrenſis, Franciſcus Maronis, Sorbonicæ inuentor, Gulielmus Occam, Aſteſanus, Nicephorus Gregoras, Ioannes de tenera munda, Aluarus Pelagius, Auguſtinus de Ancona, Gulielm. Antiſſiodorenſis.

*Huma-*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1335 | 203 *d* BENEDICTVS 12. Toloſas, an. 7. menſ. 3. dies 17. | 5423 |

d *Condidit Benedictinam pro reformatione Benedictinorũ & Ciſterciẽſium.*



e *Vir pius & doctus Iubileũ ad 50 annos de cẽteſimo Bonifacij retulit. Auenionem emptione Iuris Pontificij in perpetuũ fecit.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1342 | 204 *e* CLEMENS 6. Lemouicenſis, an. 10. menſ. 6. dies 28. | 5430 |

*Humani.* Dynus Mugellanus, Petrus de bella Pertica, Iacobus de Arena, Richard' de Malunibris, Iacobus de Butrigariis, Bartholus, Oldrad' de Ponte, Cynus, Sigiſbuldus, Iuriſconſulti. Frãciſcus Petrarcha poëta, Ioan. Bocatius Oreſin', Emmanuël Chryſoloras, Ioann. Froiſſardus, Ioan. Auentinus.

*Hebræi.*
R. Leui ben Gerſon, R. Abrahã Pariſol, R. Abben Tybbõ.

*Concilia*, ſex (pauca propter ſedem Auenioni poſitam) Viennenſe inter Oecumenica decimum quintũ, Moguntinum, Anglicanũ, duo Pariſiẽſia cõtra Antipapam Clemẽtem, Gallicanum cõtra Benedictum Antipapam.

| Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| 1352 | 205 f INNOCENTIVS 6. Lemouicẽſis, an. 9. menſ. 8. dies 6. | 5440 | f *Maximus Canoniſta & Iuriſcõſultus.* |
| 1363 | 206 VRBANVS Lemouicẽſis, an. 8. menſ. 4. | 5451 | |





| | Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|---|
| g *Auenionenſi Curia relicta Romam redit.* | 1371 | 207 g GREGORIVS XI. Lemouenſis, an. 7. menſ. 2. dies 27. | 5479 |
| h *Viſitationis feſtum induxit.* | 1378 | 208 h VRBANVS 6. Neapolitanus, an. 11. menſ. 8. | 5466 |

*Hæretici.*
Fratricelli, Templarij, Dulciniſtæ, Durãdus de Valdac, Petrus Biracenſis, Barlanus & Acindin⁹, Iacobus Iuſti, Begardi & Beguinæ, flagellantes, Lothardi, Bononatus, Marſilius Patauinus, Bartholdus de Berbech, Bartholomæus Innoueſius, Adamitæ in Boëmia, Ioann. Vuicleffus, Guliel. Albus, Turelupini.

*Caluinitæ* cõſpirant cum Fratricellis, Begardis & Beguinis, flagellantibus, Lothardis, Marſilio Patauino, Ioanne Vuicleffo.

| *Anni Domini* | | *Anni mundi.* | |
|---|---|---|---|
| 1404 | 209 *i* BONIFACIVS IX. Neapolit. an. 14. menſ. 11. | 5477 | i *Annatas ad ouera belli contra infideles inſtituit. Pontifex alioqui probatꝰ, niſi quòd affinium cõmodis pluſæquo ſtuduit.* |
| 1389 | | 5492 | |
| | Summa cum interpontificiis 101. | | |

Cętera lib. 4 Chronolo. à pag. 397, ad 416.

DECI-



DECIMO quarto ſæculo permanſiſſe veterem doctrinam per ſcriptores illius oſtenditur. *Miſſa,* Continuatur iiſdem ritibus & ſolennibus, vt è ſcriptoribus de diuinis vel Eccleſiaſticis offic. huius æui patet, vt Radulpho Tungrenſi, Ioanne de tenera munda, Gulielmo Antiſſiodorenſi, & Scholaſticis, Pachymere Græco in Eccleſiaſticam Hierarchiam Dionyſij. *Gratia Dei, fides, iuſtificatio,* Cantacuzenus Apol. 1, & 4. Pachym. lib. 12. hiſt. Solius eſt Dei veſtras illuſtrare conſcientias. Nicephorus Calixtus lib. 1. cap. 5, ex quo capite poſſit intelligi, quid ſibi velit Pauli illa concluſio, Rom. 3. Arbitramur fide iuſtificari hominem abſque operibus legis. Occã in Centiloq. Concl. 60 Sententiarij, in 2. diſt. 26. *Euchariſtiæ veritas, ſacrificiũ. tranſſubſtantiatio, adoratio, Miſſæ ritus.* Nicephorus Calixtus multis locis, qui & lib. 16, cap. 36, dæmonia ex ædibus, quas infeſtant, abigi celebratione Miſſę teſtatur, vt Auguſtinus longè antè lib. 22 de Ciuit. c. 8. Pachym. in Eccleſ. Hierarch. Dionyſij cap. 3 de Synaxi, & lib. 4 & 5 hiſt. Nicephorus Calixt. lib. 1, c. 28. lib. 12, cap. 41. lib. 11, c. 14. lib. 13, cap. 7 & 19. Aluarus lib. 2 de planctu animæ, c. 52. Occam libell. de ſacramento altaris, Herueus in c. 7 ad Heb. Corpus & ſanguis Chriſti permanent in Eccleſia in æternum. Propter iſta rectè dicitur Melchiſedech manere ſacerdos in perpetuum: quia nullus alius ritus inſtituetur, per quem eius oblatio mutetur, & quia Chriſtum deſignat perenniter pro nobis interpellantẽ. Durandus lib. 4. Sentent. diſt. 10. q. 1.

A prin-

A principio Eccleſię fuit articulus fidei ab omnibus cõceſſus, quòd verum corpus Chriſti eſſet realiter in hoc ſacramento, & non figuratiuè, nec ſicut in ſigno tantùm, nec per ſolam cõmunicationem idiomatũ. Scholaſtici huius æui omnes lib. 4. Sentent. diſt. 10, & ſeqq. Ioan. de tenera munda, lib. de ſacram. altaris. *Baptiſmi effectus, neceſſitas, aliena fides; ceremoniæ.* Pachymer. ibid. cap. de Sacram. illuminationis. Nam ſic Dionyſius vocat baptiſmum. Cantacuz. Apol. 4. Nicephor. Calixtus lib. 7, c. 33. lib. 14, c. 12, 17. lib. 16, c. 35. Scholaſtici fuſè lib. 4 Sentent. & aliis libris. *Pœnitentia, & eius partes tres.* Pachymeres Paraphr. in epiſt. Areopag. ad Demophilum, & li. 4 hiſt. Nicephorus Calixt. lib. 11, cap. 34. & lib. 12, c. 26. Scholaſtici in eundem lib. 4 Sentent. *Claues Eccleſiæ, abſolutio.* Ibidem Pachym. in Eccleſ. Hierarch. cap. 5. & Epiſt. ad Demophilum, & lib. 4 hiſtor. Nicephorus Calixt. lib. 12, cap. 28 & 41. Nicephorus Gregoras, lib. 10. cap. vlt. Cantacuz. in Apolog. Occam in Dialogo. *Confirmatio, extrema vnctio, & reliqua alia ſacramenta; & eorum vſus.* Pachym. lib. 11 hiſtor. Michaël Andronici Imperat. filius è deſperato morbo ſancto oleo recreatur, & cap. 4 & 5. Eccl. Hierarch. Scholaſtici huius ſæculi in totum 4 Sentent.

*Primatus ſedis Apoſtolicæ.* Pachym. Hiſtoriarum lib. 5 recitans capita Græcorum ad Latinos. Principatus ſit Romanæ ſedis. Ad eum appellare liceat Græcis, & memoria Romani Pontificis vnà cum Patriarchis celebretur. Nicephor. Calixtus, Rom. Pontificem gloria cæteros anteire, lib. 4. cap. 38. Primariam Apoſtolorum ſedem, libr. 9, cap. 37.



cap. 37. Nicephorus Gregoras lib. 5. è libro de ea re Nicephori Blemmydis, & cap. vlt. lib. 10. in ſuo contra Latinos alioqui conſilio. Occam in Dialogo. Item in Prologo libelli de ſacramento altaris. De illo proteſtor me nihil aſſerturũ, niſi quod Romana tenet & docet Eccleſia. Guido Carmelita in Summa de Hæreſibus, & Valdenſibus. Aluarus in Proœmio libr. 1. de planctu Eccleſiæ, & cap. 6, 13, 36, 37, 68. Durandus in 4 Sentent. diſt. 14, q. 5. Auguſtinus de Ancona, lib. de poteſtate Eccleſiaſt. Herueus libro de poteſtate Papæ, Bartholus in conſtitutione extrauagante, quæ incipit, Ad reprimendum. verb. Totius orbis. Poſt Chriſti aduentum, ſublatis Monarchiis, omne Imperium eſt apud Chriſtum, & eius vicarium, & transfertur per Papam in principem ſæcularem, de quo prophetauit Daniël, cap. 9. Ipſemet Vuicleffus epiſt. ad Vrbanum 6. apud Ioannem Foxium Caluinitam, libr. 1. Comment. rer. geſtar. Romanus Pontifex Chriſti vicarius in terris. *Liberum arbitrium, bona opera.* Cantacuzenus contra Mahumetem. Nicephorus Calixtus lib. 1, cap. 3. Occam in Centilogio. Sententiarij in 2 Sentent. diſt. 25 & 26 & 28. vbi de Hæreſi Pelagianorum. Paulus Brugenſis in Biblia paſſim. *Sanctorum preces, ſuffragia, inuocatio, reliquiæ, imagines, feſta.* De iis extant auctorum huius ſæculi Sermones & Tractatus penè innumeri: teſtimonia etiam non pauciora, vt Nicephori Gregoræ lib. 9, cap. vlt. Catacuzenus Imper. Cõſtantinopol. integra Apologia tertia contra Mahometanos, & Orat. 3 contra eoſdem. Pachym. lib. 4 hiſtor. &c. vbi D. Nicolai cura è ma

è maris periculo Antiochenus Patriarcha liberatur. Item 9 & 11, 12. & in Eccl. Hierarchiam Dionyſ. Nicephor. Calixtus lib. 7, cap. 33 & 34. lib. 14, cap. 2. Sententiarij lib. 4 diſtinct. *Preces pro defunctis, Purgatorium.* Pachym. in Eccleſ. Hierarch. c. 7. de Dormientibus. Niceph. Callixtus lib. 8, c. 31. vbi & nocturnę defunctorum memoriæ. Doctores in 4 Sentent. diſt. 21, &c. Non hîc poſſumus Centuriatorum teſtimonium proferre, quando nō ſunt vltra decimam tertiam Centuriam, quod ſciam, progreſſi. Sed quid ipſi ſentiant, quid concipiant, non difficile eſt diuinare ex eo, quòd poſteriorum ſæculorum doctoribus acerbiùs iraſcuntur, quódque laudent Marſilij Patauini, Flagellantium, Lothardorum, & Ioannis Vuicleffi apoſtaſiam, qui de iis tragœdias hoc ſæculo excitarunt. Verùm, vti memini, non modò ab eius ſcriptoribus refutati ſunt, ſed etiam ab omnibus Synodis, quæ non fuerunt paruo numero. Denique ab Hiſtoricis, qui Eccleſiæ curſum ſecundum nos planè extitiſſe docuerunt.

DECI-



| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* | |
|---|---|---|---|
| | DECIMUM QUINTUM Sæculum. | | INSIGNIORA *15 ſæculi.* |
| | *ab an. 1400, quando Tamerlanes Scytha mūdum terret, & Græcæ literæ in Italiam reducuntur, è qua 700 an. exulauerāt: quo denique Robertus Palatinus Comes fit Occidentis Imperator, ad an. 1500.* | | Emmanuel Chryſoloras ſtudia Græcarum literarum in Italiā refert.<br>Vſum Caſſanus Perſiā rapit.<br>Ars Typographica reperta.<br>*Bella.*<br>*Regna noua.* |

*15. Sæculi Imperatores.* Robertus an. 10. Sigiſmundus an. 28. Albertus 2, Fredericus 3; ann. 54. Maximilianus, 25, id eſt, 6, aut 7 hoc ſæculo, reliquos ſequenti.

*Scri-*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1404 | 210 a INNOCENTIVS 7, *Sulmonenſis*, an. 2. dies 22. | 5492 |

a *Iuriſperitus comis ac blādius.*



b *Propter ſchiſmata* ANTIPAPARV̄ *hæreſes Ioannis Hus, etc. oriuntur.*

c *Doct⁹ et magn⁹ prædicator. Totā ſubſtantiam in pauperes diſperſit.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1407 | 211 *b* GREGORIVS 12. Venetus, an. 2. menſ. 7. dies 5. | 5495 |
| 1409 | 212 *c* ALEXANDER 5, Cretenſis, menſ. 10. dies 8. | 5497 |

*Scriptores Sacri.* Paulus Burgenſis, Ioā. Gerſon, D. Antonin⁹, Æneas Syluius, qui & Pius Pontifex, S. Vincētius Valentinus, Capreolus, Petr. de Aliaco, Thomas Campēſis, Ioan. Dominici, Ioan. de Turrecremata, Thomas de Kempis, Thomas Valdenſis, Ægidius Cameracenſis, Matthæ⁹ Palmerius, Gennadius Scholarius, Beſſario Cardin.

| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| Marcus Epheſius, Laonicus Chalcondylas, Ioan. de Indagine, Gerardus Stredoneus, Nicol. de Clemangis, Dionyſ. Carthuſianus, Antoni⁹ Panormitanus, Platina. Ioan. Trithem. Baptiſta Fare, Sabellicus, Gabriël Biël, Albertus Crantzius, Matthias Palmerius Piſanus, Ioan. Nauclerus, Ioan. Maior, & alij multi. *Hu-* | 1410 | 213 *d* IOANNES 23. Neap. an. 5. menſ. 15. | 5498 | d *Iuris peritior quàm Theologiæ.* |
| e *Patriæ parens.* | 1417 | 214 *e* MARTINVS 5. Ro. an. 14. menſ. 3. | 5505 | *Humani.* Baldus, Angelus, & Petrus fratres, Bartolus, Salicetus Iuriſcõſulti. Leonardus Aretinus, Franciſc. Philelphus, Laurentius Valla, Alphonſus Rex, Poggius Florenti- |

| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| rẽtinus, Georgius Trapezuntius, Ioãnes de Mõte regio, Theodorus Gaza, Ioan. Alerienſis, Gemiſtus Pletho, Blõdus, Bonfinius, Nico- | 1431 | 215 *f* EVGENIVS IIII. Venetus, an. 15. menſ. 11. dies 21. | 5519 | f *Liberalis in doctos & Gymnaſia, abſtemius, bellator idẽ & ædificator.* |



| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| g *Religioſiſſim⁹ Martis oſor, Literarum parẽs, in literatis beneficẽtiſſimus, pauperũ baculus,* Aurea qui dederat ſæcula Roma tibi. | 1447 | 216 *g* NICOLAVS 5, Saranẽſis, an. 8. dies 19. | 5535 | Nicolaus Perottus, Victorinus, Gregorius Triphernus, Laſcaris. *Hiſtorici.* |

| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| *Hebræi.* R. Moſe Gerũdenſis, R. Iſaac Karú, ſcriptor ToledothIſaac, R. Iſaac Nathan, auctor Concordantiarum Hebraïcarum, R. Abraham auctor Faſciculi Myrrhæ. | 1455 | 217 *h* CALIXTVS III. Hiſpanus, an. 3. menſ. 3. dies 16. | 5543 | h *Inſignis iuris doctor, pauperũ nutritor, nubilium puellarũ elocator. Vouerat ſe Turcas finib. Chriſtianis ſubmoturũ.* |

*Conci-*



| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| i *Antea Æneas Syluius, inter doctos Papas doctiſſimus.* | 1458 | 218 *i* PIVS II. Senenſis, an. 5. menſ. 11. dies 26. | 5546 | *Cõcilia* octo. Piſanum cõtra ſchiſma Cõſtantienſe inter Oecumenica decimũ ſextum, contra idẽ ſchiſma, & Vuicleffum, Senenſe, Baſiliẽſe, inter Oecumenica decimum ſeptimum contra Huſſitas, Biturigẽſe pro pragmatica Sanctione, Florẽtinum, inter Oecumen. decimum octauũ pro concordia Græcorũ & Latinorũ, |
| k *Oſor virtutis & literarum.* | 1464 | 219 *k* PAVLVS II. Venetus, an. 6. menſ. 10. | 5552 | |

Lug-

| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| Lugdunenſe, Mantuanum contra Turcas, Aurelianenſe. | | | | |
| *Hæretici.* Ioãnes Hus, qui an. 1401 ſe prodit, Hieronymus de Praga, è quibus variæ & multiplices ſectæ, Ziſca. *In* | 1471 | 220 *l* SIXTVS IIII. Sauonenſis, an. 13. dies 5. | 5559 | l *Scriptor, ædificator, bellator haud impiger.* |



| | Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|---|
| m *Doctus & diſertus.* | 1484 | 221 *m* INNOCENTIVS 8. Genuenſis, an. 8. dies 26. | 5572 | *In Caluinitis* ſæculo ſequenti renaſcentur. |

| Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| 1492 | 222 n ALEXANDER 6. Hiſpanus, an. 11. dies 8. | 5580 | n *Philoſophus ac Theologus, ſtudioſorũ mecœnas. Noui orbis inter* HIſpanos *& Luſitanos diuiſor.* |
| 1503 | | 5591 | |
| | Summa cũ interpõtificiis 99. | | |

Cætera lib. 4 Chronog. à pag. 416 ad 432.

DECI-



DECIMO quinto Sæculo cõtinuatam quidem fuiſſe doctrinam dubitari non poteſt, quòd ideò Lutherus & innumerabiles hæreticorum copiæ inſurrexerint, &c. Sed interim id more noſtro demonſtremus è certis Græcorum & Latinorum teſtimoniis. *Miſſa*, iiſdem ritibus ac priùs, è ſcriptoribus de officiis diuinis vel Eccleſiaſticis, Beſſarione Cardinali, Marco Epheſio, Dionyſio Carthuſiano, Gabriële Biële in Canonem Miſſæ. *Gratia Dei, fides, iuſtificatio.* Græci in ſua Apologia Baſilienſi Concilio exhibita. Beſſario & Trapezuntius multis ſuorum librorum locis. Sic Gerſon &c. Biël in Canonem Miſſæ, lect. 23. paragraph. & Sententiarij in 2 diſt. 26 & 27. & li. 1. diſt. 41. vbi diſputatur, an prædeſtinationis ſit aliquod meritũ. *Euchariſtiæ veritas, ſacrificium, tranſſubſtantiatio, adoratio, Miſſæ ritus.* Beſſario de Euchariſtiæ ſacramento, Marcus Epheſ. lib. Quibus verbis conficiantur diuina munera. Laonicus Chalcondylas, Euchologium, in quo tres Liturgiæ, Chryſoſtomi cap. 2. Baſilij cap. 3. τῶν προηγιασμένων, cap. 4 & 7. cum eius interpretatione, cap. 5 & 6. Thomas Valdenſis in Tom. de Sacramentis cõtra Vuicleffiſtas, Biël in Can. Miſſæ. Sententiarij multis diſtinctionibus lib. 4. Gerſon part. 1. Tractatu de Communione ſub vtraque ſpecie, & part. 2. in Compendio Theologiæ, tract. 3. de Sacram. Euchariſt. & alibi. *Baptiſmi effectus, neceſſitas, aliena fides, ceremoniæ.* In Euchologio Græcor. cap. 15, 17, 79. Sententiarij multis diſtinctionibus lib. 4. Gerſon in Compendio Theologiæ, tract. 3. *Pœnitentia,*

*& eius*

*& eius partes tres.* Euchologium cap.49,98,&c. vbi canon in extrema vnctione in peccatoris confeſſione ſeruandus. Ibidem Gerſon. Sententiarij. lib.4. diſtinct. 14. vſque ad diſt. 22.

*Claues Eccleſiæ, abſolutio.* Trapezuntius in dictum Euangelij, Si ſic volo eum manere, &c. Græci in ſuo Euchologio, cap.114. Sententiarij lib.4. diſt. 18 & 19 per totum. Biël in Can. Miſſ. lect. 2, 3 per totum. Gerſon part. 2 tract. de poteſtate ligandi atque ſoluendi, & alio de contemptu clauium.

*Confirmatio, & reliqua alia ſacramenta, & eorum vſus.* In Euchologio, cap. 95, 97, 98. vbi ſacramentum vnctionis extremæ vocatur, προσκλησις & πρόσκλησις, è 5 cap. Iac. cap. 18 & 19, & ſeqq. vbi matrimonij officium, cap. 111, & ſeqq. vbi ordinum ſingulorum diſpenſandorum ritus & officium. Æneas Syluius, Epiſt. 130 ad Bohemos. Septem ſunt Eccleſiæ ſacramenta, etſi vos tantùm quinque recipitis (Nam de Confirmatione & Extrema vnctione nihil ſentiebant) Gerardus Stredoneus lib. de ſeptem Sacramétis. D. Antoninus p.3.tit.14, cap.1, §.3. Ad eripiendum nos ab infirmitatibus ſpiritualibus animæ Dominus inſtituit medicinas ſeptem Sacramentorum. Gerſon in Regulis Moralibus part 2. & in Compédio Theolog. tract.3. *Primatus ſedis Apoſtolicæ.* Gennadius Scholarius Patriarcha Conſtantinop. Defenſione de primatu Petri. Gerſon de Auferibilitate Papæ, & 4 part. Serm. de pace & vnitate Græcorũ. Omnes principes & alij ſubiectionem habent ad Papam, in quantum ſuis iuriſdictionibus, temporalitate & dominio abuti vellent contra legem diui-



diuinam & naturalem. Item lib. de modo habédi ſe tempore ſchiſmatis. Baldus l. fin. in fine. C. D. ll. num. 4. Solus Papa poteſt deponere Imperatorem, & nõ ex omni cauſa, ſed ſolùm ex cauſa graui & notoria, ex qua turbatur vniuerſalis ſtatus Chriſtianus, vel Eccleſiæ. Et num. 2. Cùm Apoſtolicus confirmet Principem, iſtud eſt manifeſtũ ſignum ſuperioritatis, vt in Authética, de Defenſore ciuitatis, paragraph. Interim. Et ideò Imperator iurat Papæ fidelitatem. Thomas Vualdenſis cõtra Vuicleffiſtas, Ioan. de Turrecremata, in Summa de Eccleſia, & alibi. Trapezuntius in dictũ Euágelij, Si volo eũ manere. Æneas Syluius epiſt. 288. Gabriël Biël in Can. lect. 23. Clemangis de corrupto Eccleſ. ſtatu. *Liberum arbitrium, bona opera.* Græci in Apolog. ad Concil. Baſilienſe, Trapezuntius vbi ſuprà. Biël in Can. Miſſæ, lect. 29 & 59. Gerſon in Compend. Theolog. Tract. 2. Sententiarij in 2. Sentent. diſt. 25, 26, 28. *Sanctorum preces, ſuffragia, inuocatio, reliquiæ, imagines, feſta.* Græci in Horologiis & Menologiis. Item Euchologio, vbi de Crucis collatione, cap. 30. & exaltatione, c. 93. & Lectiones Apoſtolicæ & Euangelicæ de SS. Martyribus, cap. 103. de ſanctis Medicis, c. 104. de S. Chryſoſtomo, & reliquis ſanctis Pontificibus, cap. 105. de aliis variis ſanctis, c. 106, 107, 108. 109. Sed & apud noſtros huius ſæculi ſcriptores & tractatus penè innumeri. Biël in Canonem Miſſæ, lect. 30, 31, 32, 79. & de Imaginibus, lect. 49. & de Reliquiis lect. 42. Gerſon præmittens Aue Maria, Sermonibus, quos habuit in Concilio Conſtantienſi. *Preces pro defunctis, Purgatorium.* Dionyſ.

Car-

Carthuſ. de quatuor nouiſſ. In Apol. Græcor. de Purgatorio igne, Baſil. Concilio exhibita, & per Ioan. Hartungum verſa, vbi Græci huius æui docēt tria è ſuis patribus. 1. quorundam reatus poſt mortem à Deo condonari. 2. Id fieri Dei clementia & Eccleſ. precibus. 3. Eos interim expiari luſtratione carceris, vel tenebrarum, & ignorationis, & exilij: Hoc vno à Latinis differentes, quòd ignem Purgatorium, corporalem materialémve negent, vt in eo non pœnam ſenſus, ſed damni duntaxat conſtituant. Hinc in eorum Euchologio, cap. 118. pro Monacho mortuo ferale officium, c. 119 pro ſacerdote mortuo, c. 120. pro laïcis mortuis, cap. 121. pro fœminis dormientibus, cap. 122 & vlt. pro infantibus defunctis. Et in ipſorum Liturgiis, cap 2, 3, 4, 7. Sententiarij diſt. 21. lib. 4. Biël in Can. Miſſæ, lect. 56, 57, 58. Relinquo alios infinitos Latinos, quoniam his præcipuè temporibus Hæreticis ſuſpecti ſunt, quòd Huſſitas, Hieronymum de Praga, Ziſcam, ac eorum multiplices & diſſectas ſectas proſcripſerint, ſtylóque & igni perſecuti ſint. Superfluum etiam eſſet Synodos totius huius ſpatij, itémque hiſtoricos recenſere, cùm omnes eandem prorſus Eccleſiæ faciem cum ſuperioribus ſæculis nobis pingant, vt propterea ad illos nec velint, nec auſint prouocare.

DECI-



| *Anni Domini.* | | *Anni mundi.* | INSIGNIORA *16 sæculi.* |
|---|---|---|---|
| | DECIMVM SEXTVM Sæculum, & vltimũ. *ab ann. 1500. quãdo nouus orbis aperitur, Ludonicus 12. Pater populi dict⁹, regnũ Galliæ adit, Sophus Perſiæ, ad an. 1584.* | | Religionis in deterius mutationes, apud Mahometanos, per Iſmaëlē Sophum in Perſide, per Cheribũ in Africa, apud Chriſtianos per Lutherũ in Germania, per Caluinũ in Gallia, per alios aliis in locis. In melius per Luſitanos, in Indiis per Hiſpanos in nouo orbe, vt quãdo in aliquibus locis fides deficit, in aliis proficiat. |

Hæreſeon fructus per totam Europam, cædes, ſeditiones, inteſtina bella, ſacrilegia, ſimoniæ, latrocinia, circumcelliones, &c.

*Bella.*

*Regna noua.*

*16 Sæculi Imper.* Idē Maximilianus præterea annos 19 imperat. Carolus 5, 39. Ferdinandus 6. Maximilianus 2, an. 12. Rudolphus 4 annū Imperij hoc anno 1584 ſextum notat.

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1503 | 223 PIVS III. Senenſis, dies 16. | 5591 |

*Scri-*



a *Bellica gloria quā Pontificia clarior; cui tribuitur titulus liberatæ à Gallis Italiæ.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1503 | 224 a IVLIVS II. Genuē-ſis, an. 9. menſ. 3. dies 12. | 5591 |

*Scriptores ſacri.* Ioan. Eckius, Ioan. Roffenſis, Thomas Morus, Albertus Piggius, Sanctes Pagninus, Petrus Galatinus, Petrus Soto, Ioach. Perionius, Syluester Prieras, Cōradus Bruus, Ioan. Cochleus, Ioan. Drie-

Driedo, Ioan. Arboreus, Iodoc. Clitoueus, Gentianus Heruetus, Thomas Caietanus, Ambroſius Catarin⁹, Ioan. Gropperus, Staniſlaus Hoſius, Reginaldus Polus, Gaſpardus Contarenus, Gul. Sirlet⁹ Cardinales: Hieronymus Seripandus, Aloï-

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1513 | 225 *b* LEO 10. Florentinus, an. 8. menſ. 8. dies 21. | 5601 |

b *Melpomenæ quàm Marti addictior. Amator doctorũ hominũ, niſi quòd Pragmaticã tolli paßus eſt. i. aculeũ ad futuram virtutem & literas.*



c *Doctiſſimus, Louanienſis Theologus & ſcriptor.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1522 | 226 *c* ADRIANVS 6. Batauus, an. 1. menſ. 8. dies 6. | 5610 |

Aloïſius Lippomanus, Cornelius Ianſenius, Gul. Lindanus, Hieron. Oſorius, Melchior Canus, Fredericus Nauſea, Claud. Sanctius, Iac. Amiotus, Gul. Ruſeus, Arnaldus Põtacus, Æmarus Hennequinus, Arn. Sor-

Sorbinus, Epiſcopi: Fredericus Staphilus, Alanus Copus, Ioan. Heſſelſius, Pet. Caniſi⁹, Frãc. Turrianus, Sixtus Senẽſis, Laurentius Surius, Nicolaus Sanderus, Gul. Alanus

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1523 | 227 *d* CLEMENS 7. Florentinus, an. 10. menſ. 10. dies 8. | 5611 |

d *Politicus & ſuorũ amãs, nobilitatus generatione. Dauidi Æthiopiæ Imperatori & Helenæ auiæ legatos Communionis Apoſtolicæ cauſa, Zaga Zabo internuntio, & aliquot aliis, miſit.*



*e Ieſuitarũ confirmator, pacis inter Reges cõciliator.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1534 | 228 *e* PAVLVS III. Rom. an. 15. dies 29. | 5622 |

nus, Claud. Spencæus, Anton. Demochares, Iacobus Billius, Iac. Pamelius, & innumerabiles alij.

*Humani.*

*Hebraei.* R. Iacob ben Habib, auctor *En Iaacob & Beth Iaacob.* R. Abraham Leuita auctor *Abodath leui,* R. Kelonymos, R. Ioſeph Sacerdos chronograph', R. Abrahã à Balmis, R. Selomo Ataïa Pſalmorum Commentator, Elias Leuita, Grãmaticorum ſummus,

*Conci-*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1550 | 229<br>*f* IVLIVS III. Rom. an. 5. menſ. 1. dies 6. | 5638 |

f *Iulio ſecundo quã primo ſimilior.*



g *Oſtendit tantũ terris hũc, eſſe nec vltrà permiſit Deus.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1555 | 203<br>g MARCELLVS II. Tuſcus. dies 22. | 5643 |

*Concilia 22.* Turonenſe, Piſanum, Lateranenſe inter Oecumenica decimũ nonum, Senonenſe, Ratisbonenſe, Hildemẽſe, Colonienſe, Treuerenſe, Auguſtanum, Treuerenſe alterum, Moguntinum, Colonienſe alterum, Auguſta-

guſtanum alterum, Treuerenſe tertium, Treuerenſe aliud, Colonienſe 3, Moguntinum alterũ, Tridentinũ inter Oecumenica vigeſimum, Mediolanenſe, Rotomagẽſe, & alia paſſim prouincialia.

*Hære-*

| Anni Domini. | | Anni mundi. | |
|---|---|---|---|
| 1555 | 231 *h* PAVLVS IIII. Neapolitanus, an. 4. menſ. 2. dies 27. | 5643 | h *Pietate et virtute coruſcans.* |



| | Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|---|
| i *Hoſtis Simoniacorum et fiduciariorum, quos & perpetuo anathemati addixit.* | 1560 | 231 *i* PIVS 4, Mediolanenſis, an. 5. menſ. 11. dies 8. | 5648 |

*Hæretici.*

Lutherani, qui & Protoſtãtes, Zuingliani, Caroloſtadiani, Seruetiani, qui & Samoſatenſes, Anabaptiſtæ, Oſiãdrini, Antoſiandrini, Medioſiandrini, Dauid Georgius, Stancariani, Trinitarij, Antitrinitarij, Antotheani, Cãpaniſtæ, Caluinitæ, ſiue Huguenotij, Anticaluinitæ, Lutherocaluiniani, Adamitæ in Hollandia, Suẽcfeldiani, Antiſuencfeldiani, Vbiquitarij, qui & Bren-

& Brentiani, Bibliſtæ, Aufdorfiani, Cõfeſſioniſtæ, Stoici, ſiue Illyricani, qui & Flacciani, Adiaphoriſtæ, Impoſitorij, Biſacramentales, Triſacramentales, Quadriſacramẽtales, Recalcitrantes, Maioriſtæ, Tropiſtę, Antidæmoniaci, Infernales, Adeſſenarij; Antinoni, Athei, ſiue Epicurei, Puritani & Lai-

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1566 | 233 *k* PIVS 5, Alexãdrinus, an. 6. menſ. 3. dies 16. | 5654 |

k *Sãctus Paſtor, diuini cultus & officij reparator: hæreticorũ, Turcarũ, Iudæorũ, improborum omnium terror. Eius laus nunquam ſilebitur.*



l *Seminariorũ multorũ inſtitutor, Calendarij emendator, linguarum conſeruator, exulantium propter religionẽ præſidiũ, &c.*

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| 1572 | 234 *l* GREGORIVS Bononienſis, hodie ſedens. | 5661 |
| 1582 | | 5671 |

& Laicocephali in Anglia, vncti in Surria comitatu Angliæ, Familia de amore, & Illuminati in eadem Anglia cum multis aliis: ita vt non modò à noſtris, Hoſio, Lindano, Prateolo, Staphilo, Sãctio, verumetiã ab ipſiſmet, vt Lauanthero, Lipſiẽſibus, &c. plꝰ ducétę ſectæ numerentur.

| Anni Domini. | | Anni mundi. |
|---|---|---|
| | Summa cũ Interpontificiis, 82. quibus om nibus in vnum redactis, exiſtũt à Chriſto nato 1584. | |

*Caluinitæ* cũ his omnibus in aliquo ſcelere coniungũtur. Nam iſtorum omniũ ſunt colluuies.

Cætera lib. 4 Chronol. à pag. 432 ad finem operis.

ATQVE



ATQVE hîc decimum ſextum Sæculum terminatur, in quo perpetuari doctrinam è ſuperioribus ſæculis acceptam, vt in ſingulorum coronide docuimus, ne iſti quidem, qui eam impugnant, inficiari poſſunt. Nam ſtatim eis reſtiterunt omnes boni, docti, pariter & indocti, deinde ſapientiſſimi quique pro ea ſcripſerunt. In genere quidem Eckius, Eraſmus, Cochleus, Tapper, Gropperus, Hoſius Caldinalis, Theologi Pariſienſes, Salmaticenſes, Louanienſes, Oxonienſes, Colonienſes, Henricus 8 rex Angl. Roffenſis, Albert. Pighius, Sonnius, Lindanus, Alphonſus de caſtro, Melchior Canus, Caniſius, Auratus, & alij infiniti, vernaculis etiam linguis. In ſpecie verò ij, à quibus de ſequentibus capitibus, circa quæ eorum præcipuè verſantur hæreſes, libri peculiares confecti ſunt. *Miſſa*, continuata iiſdem ritibus, ceremoniis, verbis, quibus priùs. E Titelmanno Tract. de expoſitione myſteriorum Miſſ. Cl. Sanctij, Caſſandri, & Pamelij Liturgicis: Eſpencæi de adoratione Euchariſtiæ, & libello de vtraque Miſſa: Democharis opere de Miſſæ ſacrificio, ſeorſum lib. 4, cap. 15. & infinitis aliis.

*Gratia Dei, Fides, Iuſtificatio.* Driedo libro de concordia Liberi Arbitrij, Pighius Opuſcul. de Iuſtitia, Vuicelius libro de Voluntate hominis Chriſtiani. Carbaialus in Explicationibus argumentorum, obiectione 22. & primi Sententiam, cap. 59. Sententiarij huius æui, lib. 3. Sententiar. diſtinct. 19, & aliis ſcriptis. Qui & allegant illud Auguſtini de Spiritu & Litera, cap. nono.

Iuſtifi-

Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Non itaque iuſtificati per legem, neque per propriam voluntatem, ſed gratis per gratiam ipſius. Non quòd ſine voluntate noſtra fiat, ſed quòd ſanet gratia voluntatem, vt ſanata voluntas impleat legem: nam conſtituta ſub lege, neque indigens lege. Et c.10. Per gratiam quiſpiā iuſtificatur gratis, id eſt, nullis ſuorum operum præcedentibus meritis. Et illud D. Thomæ in 2 cap. Iacobi: Nónne ex operibus iuſtificatus eſt. Contrà Paulus Rom. 4, & ibi Gloſſ. Auguſtini. Non ex operibus iuſtificatus eſt, ſed ex fide. Reſponſio. Apoſtolus & Auguſt. loquũtur de operibus præcedentibus fidem, vt patet ibidem, ex quibus nullus planè iuſtificatus eſt: Hîc autem loquitur de operibus ſequentibus fidem, quæ dicuntur iuſtificare, non quatenus iuſtificatio dicitur gratiæ infuſio, ſed quatenus dicitur iuſtitiæ exercitatio, vel oſtenſio, vel cõfirmatio. Res enim dicitur fieri, quādo perficitur, vel innoteſcit. Guillaudus Pariſienſis Doctor in epiſt. ad Rom. Duplex eſt iuſtificatio, prima & ſecunda, &c.

*Euchariſtiæ veritas, ſacrificium, tranſſubſtantiatio, adoratio, Miſſæ ritus.* Demochares lib. de ſacrif. Miſſæ, & lib. de Euchariſtia, Garetius de eadem, Tonſtallus de eadem, Caietanus contra Lutherum, Caſſander in Liturgicis, Pamelius in Liturgicis, & in Cyprianum. Ioannes Heſſelz, lib. de probatione corporalis præſentiæ Corporis & Sanguinis Domini. Eſpencæus lib. de adoratione Euchariſt. & libell. de vtraque Miſſa. Claudius Sanctius in repetitionibus, & in Liturgias Græcorum. Soto in 4 Sententiar. vbi & omnia dubia iſtorum ſoluit. Caniſius in

ſius in



ſius in Catechiſmo maiore. Sereſius lib. ſex de Sacram. altaris. Gaſpar. Caſalius Luſitanus de Cœna & calice Domini. Iac. Faber Molinēſis pro Sacroſancto Miſſæ ſacrificio aduerſus Anatomen Miſſę, & alij innumerabiles. *Baptiſmi effectus, neceſſitas, aliena opera, ceremoniæ.* Soto & Sentētiarij reliqui in 4 Sentent. Caniſius in Catechiſmo maiore. Clictoueus in 4 lib. Damaſc. de Orthod. fide, Titelmannus Segebergenſis lib. de 7 Sacramentis, & quotquot hac ætate ſcripſerunt de Baptiſmo contra Caluinitas & Anabaptiſtas. *Pœnitentia, & eius partes tres.* Caniſius in Catech. Sententiarij in 4. Colonienſe Concilium, part. de ſacrament. Slotanus lib. diſputationum aduerſus hæreticos, Turianus lib pro Epiſt. Pontificum, &c. *Claues Eccleſiæ, abſolutio.* Caniſius in Catech. Sanderus de viſibili Monarchia Eccl. Eckius in locis Communibus, Corteſius, & alij Sententiarij in 4. Turrianus libris de dogmaticis characteribus, & lib. tribus de primi capitis & iudicis autoritate & principatu. Ioan. Antonius Delphinius Orat. de Eccleſia. *Confirmatio, extrema vnctio, & reliqua alia ſacramenta, & eorum vſus.* Caniſius in Cathechiſ. Soto in 4 multis diſtinctionibus. Eckius in locis Communibus. Concilium Colonienſe, Hoſius in Confeſſione, & alij multi. Titelmannus Segeberg ēſis lib. de Sacram. 7. Sed & Hieremias Patriarcha Conſtantinopol. de numero ab ipſiſmet hæreticis per Iacobũ Smidelinum & Martinum Cruſium Epiſtola conſultus ſub an. 1578. c. 7. cenſuræ Orientalis, ſeptē eſſe docet hoc ordine, Baptiſmus, Vnctio (ſic Confirmationem appellant) ſiue Chriſma, ſacra Com-

munio, Manuum impoſitio, ſiue ordo, Matrimonium, Pœnitētia, Oleum ſacrum. Vt & Græci alij, Reſponſione 12, & vltima ad Iacobum Cardinalē Guiſanum, interprete Ioanne Leunclaio Germano hæretico, Baſileæ, an. 1571. apud Oporinum. Sic Orechouius natione Roxolanus, materno genere Græcus, & de Patriarchatu Conſtantinopolitano, Epiſt. ad Hoſiū, de loco & authoritate Romani Pontificis. Quod ſanè ſuperioribus Græcis congruit. Nam Simeon Theſſalonicēſis iam olim inſcripſit librum de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis, & Cabaſilas in Liturgiæ expoſitione, præter Baptiſmum, & altaris myſteria, cap. 29. cætera eſſe aſſerit, vltimum olei ſacramentum: & mox, ſanctiſſimum vnguentum (.i. confirmationem) ordinationem per manuum impoſitionem, myſterium remiſſionis peccatorum (pœnitentię ſacramentū) denique orationē ſacerdotis in matrimonio, quorum omniū ritus & diſpenſationes extant in ipſorum Euchologio, ſiue Sacerdotali, Baptiſmi, c. 15, 16, 17. Vnctionis, ſiue Chriſmatis, ibid. & cap. 11, 37. Communionis & Liturgiæ, c. 2, 3, 4, 5, 6, 7. Manuum impoſitionis ſiue ord. c. 111, 112, 113, 114. Matrimonij, c. 18, 19, 20, 21, 22. Pœnitentiæ, c. 98, &c. Olei ſacri, c. 97, 98, vt iam conſtet non ſeptem eſſe Papiſtica, ſed & Orientalium Chriſtianorum, maleuolè alioqui affectorum erga Papam. Sic Moſchi in eorum religione. *Primatus Romani Pontificis.* Acurius Ioſeph à Petro Patriarcha Maronitarum, è Monaſterio S. Mariæ, de Canubim in monte Libano, an. 1551. Romam ad eum agnoſcēdum miſſus, apud Ambroſium Theſeum in Introductione in


in linguam Chaldaïcam, Syriacam, & Armenicā, quas ab eo didicit. Siud Syrus Neſtorianorum Patriarcha ann. 1552 in ſua profeſſione fidei à Maſio verſa. Abdiſu Patriarcha Aſſyrius in ſua Atteſtatione, manu ipſius picta & ſubſcripta die 7 Martij, an. 1562. Græci in Tractatu Nili de primatu Romani Pontif. quem vertit Flaccus Illyricus, vt tanquam ſorex ſuo indicio periret. Nam Nilus illic concedit Romanum eſſe ſummum Pontificem, impugnans duntaxat, quòd eum tantùm eſſe dicimus iure diuino, cùm eſſet dicendum, iure Eccleſiaſtico & Conciliorū. Abiſſini & Æthiopes apud Damianum Goes, duabus legationibus Matthæi & Zagazabi. Latinos producit & enumerat Nicolaus Sāderus egregio illo opere de viſibili monarchiæ Eccleſiæ: vt iam nefas ſit dubitare hanc eſſe fidem, non huius æui modò, ſed & reliquorū omnium præcedentium. Turrianus lib. pro epiſt. Pontific.

*Liberum arbitrium, bona opera.* Vincellius lib. de volūtate homin. Chriſtiani, Driedo li. de prędeſt. & lib. de Concord. liber. arb. Eraſm. lib. peculiari contra Lutherum, Ambroſius Catarinus in Opuſculis, & contra Caietanum. Slotanus libr. diſput. aduerſus hæreticos. Clitoueus in libros Damaſceni de Orthod. fide, cap. de hac materia. Sepulueda contra Eraſmū. *Sāctorum preces, ſuffragia, inuocatio, reliquiæ, imagines, feſta.* Eſſelſius lib. peculiari Caniſius lib. de Ioan. Baptiſta, cōtra Centuriatores. Syri & Neſtoriani in tabula & titulis Noui Teſtam. & in ſuis Liturgiis & Ritualibus. Eckius tribus Tomis de Sanctis, de quibus & ſermones innumeri ſunt

Theologorum & Eccleſiaſticorum huius ætatis. Moſci apud Laſicium Lutheranum de Theologia Moſcouitica. *Ieiunia.* Græci, Syri, Abiſſini, Indi, Armenij, vt ex eorũ Calendariis apparet. Moſci, qui apud Laſicium Lutheranum lib. de Theologia Moſcouitica, ritu Græco magnam anni partem .i. 20 Hebdomadas in ieiuniis tranſigũt: primò ante Natalem ſex Hebdomadas, ſolis leguminibus contenti: deinde, octo ante Paſcha: tertiò, ab octaua Pentecoſtes vſque ad ferias Petri & Pauli. Denique à Calẽdis Auguſti, vſque ad Aſſumptionem (obdormitionem vocãt) Virginis, præter dies Mercurij & Veneris reliquarũ Hebdomadarum.

*Preces pro defunctis, Purgatorium.* Græci hodierni, qui & illud vocant πυρκαθαρτήριον vnico vocabulo ξενοφυλάκιον. Neſtoriani Meſopotamij, qui vocant Guentha. Moſes Mardenus in Tabula Lectionum noui Teſtamenti Syriaca. Syri & Neſtoriani in titulis noui ſui Teſtamẽti, & in ſuis Liturgiis. Hebræi hodierni, vt & docent hæretici Fagius & Munſterus in 14 Deuter. & nos libro peculiari. Auratus Paradoxo 86. ex Auguſt. Grego. Nyſſeno, &c. De Latinis aliis non laboro. nam ſunt innumerabiles. Hæc & alia à Sectariis contra Religionem diſputata, omnia Comitia Imperatoria, cuncti conuentus Principum, vniuerſa Eccleſiarum Orientis ſuffragia, totius Occidentis conſenſus, Populi, Academiæ, vniuerſæ denique Synodi huius tempeſtatis magno numero confirmant, Lutherum Caluinum, & iſtiuſmodi reliquos deteſtantes, & anathemate fulminantes: cuius quãta ſit vis, euentus ipſe loquitur. Nam non tam à noſtris, quàm



quàm à ſeipſis cõfecti ſunt, quotidiéque conficiũtur. Lutherus Anabaptiſtas, Zuinglium, Caroloſtadium, Oecolampadium aggreſſus eſt. Proteſtãtes & aliæ Germanorum ſectæ Lutheri dogmata fermè deſeruerunt, nec ſe amplius Lutheranos dici patiuntur. Ioach. Vueſtphalus, Til. Heſſuſſius, Caſtalio, Caſanouius. Gregor. Paulus, Molineus, Ioan. Morellus, Caſſander, Valentinus Gentilis, Blandrata, Ochinus, Roſerius, Bernenſes Caluinum expugnarunt, vel ſectas in plurimas ſecuerunt. Caſtalio, Brentius, Smidelinus, & plerique alij Bezam vexant. Proteſtantes, iſtorum æmulos in Germaniæ multis locis exurũt. Denique ita in ſe ſæuiũt, vt corpus iſtud peccati propediem interiturũ ſperetur. Cui & illud quadret Epiphanij, lib. 2 de hæreſib. c. 2. Veteres narrãt fabulam, quòd ex multis aſpidibus in vno teſtaceo vaſe collectis, & in ſingulis quatuor angulis templorum Ægyptiacorum poſitis, ſi qua aliis fortior reperta fuit, ea reliquas aggreſſa deuorauit: & vbi ſola manſiſſet, ac alimento careret, cõuerſa ſeipſam à cauda derodere cœpit, & vſque ad reliquã corporis partem ſe adedit, quoad viueret: Vnde & Aſpidogorgona vocauerunt. Sic hæreſis ſe penitus conſumit, & per Chriſti potentiam delet. Accedit iſtorum hiſtoricos & Chronologos omnes dare nobis teſtimonium, vt Sleidanum, Carionem, Magdeburgenſes, Pantaleonem, Funccium, &c. Nam etiam iſti ſecundum nos Eccleſiæ curſum fuiſſe eſſéque docent, & dum res Eccleſiæ ſe narraturos pollicẽtur, noſtra duntaxat explicant, noſtróſque ſolos allegant: quaſi apud nos poſitam eſſe Eccleſiam ta-

cita conſcientia fateantur. Quin & tradũt Romanam Religionem in cunctis Europę terris receptã eſſe, quã ipſi conati quidẽ ſint & ſcriptis & armis conuellere, ſed nondũ potuerint, nec, Deo duce, poterũt: vt vel eorũ confeſſione, ſit noſtra Eccleſia cõtinuata, Catholica, perẽnis, immobilis, inuicta, denique permaneat, & omnes ſectas ſepeliat. Eſt enim Catholicũ, quod ſemper, quòd vbique, quod ab omnibus, aut plurimis, & iis quidem, quorum ſpectata eſt perſpectáque ſapientia & pietas, communiter eſt creditum. Atque hęc quidem ſunt, quę ſimpliciter demonſtranda ſuſceperam, de doctrinæ, fidei, religionis Eccleſiæ per ſingula ſæcula perpetuitate, vnitate, continenti ſucceſſione: atq; Romanam Eccleſiam, quæ hodie eſt, eſſe Catholicam illam, quæ Symbolo credi iubetur, fuiſséque eandem ſemper religionem Chriſtianorum iam inde vſque ab Apoſtolis, donec id fuſiùs diſtinctiúſque, vel à nobis vel aliis præſtetur. Valè interim, & nobis Deum precibus concilia.

*Notarum Chronicarum, ſiue ad vniuerſam hiſtoriam methodi*
*Finis.*